OBSERVATIONES

IN

DIONEM CHRYSOSTOMUM

AUCTORE

ADOLPHO EMPERIO

DR. PHIL. BRUNOPOLITANO.

LIPSIAE 1830

SUMTIBUS FR. CHR. GUIL. VOGELII.

PRAEFATIO.

Editurus hunc de Dione Prusaënsi libellum, quod animi caussa multi, plerique nulla certe necessitate faciunt, id vel debere a me fieri intelligebam, ut pauca praefarer. Non hercle ut ipsum libellum excusarem, quem, si prorsus nequam esse, ipse mihi persuaderem, facilius erat non edere, quam edito veniam impetrare. Neque ut scriptoris, quem emendare conatus sum, praestantia ipsas emendationes traderem et commendarem, ut multi, quos cum maxime tractant, hos solos admirantur. Non enim latebat me, eius aevi scriptorem esse Dionem, cum Graeciae non modo soli fertilitas, sed ingeniorum etiam fecunditas periisset, cum, si quid facultatis supererat, id in conciliandа eruditionis quadam amplitudine consumeretur, longe illa longeque remota a libero et nativo ingeniorum fructu, qui nomen Graecum in immortalitatem redemit. Imitator est ille antiquiorum Dio; ipse Platonis, Xenophontis et Oratorum discipulum sese profitetur; sed illa imitatio nondum abiit in recentioris sophisticae im-

pudentiam. Non raro ejus oratio, cum assurgere vult, tumore premitur; sed nondum debacchatur inani istorum magniloquentia, quos imperatoriae μύριαι et promissa immunitas disertos fecerant; quorumque facundiae solidi nihil suberat, nisi cathedra, de qua vociferabantur.

Non igitur haec erant, de quibus praefandum esse opinarer.

Dionis Chrysostomi tres editiones exstant, Veneta, Parisina et Reiskiana. Parisinae auctor est Morellus, homo, qualem novimus; Reiskius vero non erat superstes, cum uxor ejus Ernestina peregit, quod ipse designaverat. Praeterea de Dione bene meruerunt Casaubonus, cujus Diatribe Morellianae editioni adjecta est, et Valesius in Emendationum, quas Burmannus in lucem produxit, libro IIdo. Huc accedit Wolfii libellus, quo Angli emendationes continentur. Hi fere in Dione emendando operam collocarunt. Nihilo minus tamen tot tantaeque adhuc corruptelae supersunt, ut vix singulae paginae sine offensione legi possint; accedit, quod Reiskiana editio, quae propemodum sola parabilis est, et satis perversa interpunctione et plurimis typothetae mendis foedata est. Ne dubitemus igitur, quin, qui novae recensionis provinciam susceperit, is gratiam a viris doctis sit initurus.

Jam si ex eorum numero, qui cum in scholis leguntur, paene quotannis recensentur, eduntur, illustrantur, vertuntur, noster etiam Dio esset, minus fortasse circumspecta cautione ejus

editori opus foret. Nunc vero, cum excepta priore parte Venatoris (scio autem, quid dicam) neque puerorum neque juvenum lectioni majorem in modum commendari possit, reliquorum autem usui facile in longinquum tempus una editione provideatur; vel maxime operam dandam esse apparet, ut haec editio, quam fieri possit, emendatissime prodeat. Atqui non est unius hominis ne doctissimi quidem, scriptorem tam corruptum integritati restituere; et saepe videre licet, quae magnos viros fefellerint, in ea incidere alios longe illis inferiores. Itaque operae pretium me facturum sperabam, si, quantum possem, ad novam Dionis recensionem conferrem.

Et primum quidem librorum M. S. diligentiore exploratione vel maxime opus esse videbam; horum tamen copia non erat, nisi quod exemplum Reiskianum, possideo in quo ad marginem Orationis Alexandrinae duorum Codd. Parisinorum varietas lectionis adscripta est. Quod reliquum erat, adsiduam ipsius scriptoris lectionem ad eum emendandum contuli. Et in quibusdam me virorum doctorum assensum laturum confido; alia haud scio an multis cautius a me suppressa videantur. Sed aliud est editoris officium, quem decet timiditas, aliud ejus, qui editori, quicunque ille futurus est, viam munire suscepit. Quam ego velim aliorum etiam studia hoc meo libello in Dionem dirigi; illud vero meo jure postulare videor, ut integer judex et idoneus, quae ego proposui suo vel assensu confirmet vel reprehensione elevet. Non

hercle Dionis caussa vituperari detrecto; non defendam mea, si meliora alius attulerit, non imitabor certos homines, qui conviciari quam doceri se malunt, quod ego vitium spondeo longe afore chartis atque animo prius. Subsidiis usus sum non multis; potuit igitur accidere, ut ἴωλα nescius proferrem. Ubi opus esse videretur, argumentis caussam probare studui; leviora fere praetermisi, modorum permutationes, pravam distinctionem et si quod aliud librorum philologicorum ἐτώσιον ἄχθος est; denique perraro locos vel Reiskio vel aliis falso suspectos defendendos suscepi; ipse semet Dio defendet; ego plerumque aliorum errores ita refutare conatus sum, ut vel maxime in erroris aleam irem ipse. Unum relinquitur, de quo dicendum esse videatur. Interposui nonnulla, quae non pertinent ad Dionem; maxima ex parte emendationes locorum, quos apud alios scriptores depravatos inveneram; non illas certo consilio dispositas, sed ut quaeque in manum vel in memoriam inciderent; id quod, si modo non mala sunt illa, facile mihi concedi potest. Hos autem locos in Indice enotatos reperies. Vale.

Scribebam Brunopoli mense Sept. MDCCCXXIX.

Ed. Morell. p. 27, 4. Ed. Reisk. I, 86. τοῦτο μὲν γὰρ εὐώδη διαφερόντως φησὶ τὴν νῆσον τῶν ἡδίστων ἐν αὐτῷ θυμιαμάτων. Reiskius post θυμιαμάτων v. γέμουσαν excidisse opinatus est; fortasse quod notissimus Sophoclis versus ejus animo obversaretur; sed tunc inepta sunt v. ἐν αὐτῷ. Videtur igitur ceteris relictis pro ἐν αὐτῷ reponendum esse ἀϋτμῇ. conf. p. 378, 30. I, 680. παρὰ μὲν γὰρ ἐνίοις τῶν βαρβάρων μέθην φασὶ γίγνεσθαι πραεῖαν καὶ δι' ἀτμοῦ θυμιωμένων τινῶν.

28, 21. I, 88. ὅτι γε μὴν οὐκ ἄλλως διέξεισι ταῦτα, φανερῶς αὐτὸς ἀποφαίνεται· ποίαν δέ τινα etc. διέξεισι ad Platonem refertur; quod si teneas facillima se offert emendatio. Nimirum omissa post ποίαν particula δὲ sic interpungendum est: διέξεισι ταῦτα· φανερῶς αὐτὸς ἀποφαίνεται, ποίαν τινὰ etc. Genus orationis est neque Graecis neque Latinis inusitatum „Quod autem non temere haec (Plato) persequitur: ipse (Homerus) satis ostendit, qualem victum oporteat esse et cui fini inservientem." conf. 116, 19. I, 329; 322, 45. I, 585. 339, 34. I, 617; 526, 1. II, 226.

47, 43. I, 123. ἐνταῦθα sc. καὶ ταῦτα.

48, 18. I, 124. πάσας δὲ ἐπινοίας σκύλλει, καὶ πολλὰ μὲν ἀνιᾶται λυπουμένη. Male hiant Dionis verba. Primum ἐπινοίας σκύλλειν vel Reiskio patrono vix cuiquam placebit. Videtur σ quod praecedit male iteratum esse, et inde nata esse corruptela. Nam Dio fortasse κύκλοι dederat „Omnes secum cogitationes volutat." Reliqua aut fallor aut ita scribenda sunt (κυκλοῖ), τὰ πολλὰ μετ' ἀνίας καὶ λυπουμένη „plerumque cum aegritudine et dolore." „Reis-

kii supplementum (putabat enim, post λυπουμένη excidisse πολλὰ δὲ φοβουμένη) respuunt, quae proxime sequuntur, quaeque metum nondum hic potuisse commemorari declarant.

55, 19. I, 137. ὥςτε καὶ παθεῖν ὑπὸ φίλου κακῶς, τῶν ἀδυνάτων ναι κέκρικεν. Jam Reiskius complures hujus orationis locos notavit, in quibus bis eadem dicuntur (conf. 52, 3. I, 131 et 53, 36. I, 133 et 55, 42. I, 137). Ejusdem generis hunc etiam locum esse mihi persuadeo. Nam etsi παθεῖν κακῶς latius patet, quam ἠδικῆσθαι, at sequentia docent, talem distinctionem a mente auctoris alienam esse. Itaque delenda sunt ista verba.

Supra 39, 6. I, 106. ὅςτις τιμῆς ἕνεκεν — ἐπιτηδεύει. sententia poscit aut ὥςτε — ἐπιτηδεύειν aut ὥςτε τις — ἐπιτηδεύοι. — 42, 35, I, 112. pro εἴρηκας sc. εἴρηκα. — p. 43, 10. I, 113. scribe ἀλλ' αὐτὸς πρῶτος et supra v. 7. νομῆς pro μονῆς, qui typographi error est.

47, 16. I, 122. αὐτίκα ἐν νηῒ ἐπιβάταις ἔξεστιν ἀμελεῖν, μηδὲ ὁρᾶν τὴν θάλασσαν. Post ἐπιβάταις μέν videtur addendum, et pro ἀμελεῖν fortasse ἀμέλει reponendum est.

55, 31. I, 137. οὗτος δὲ πάνυ. scribe cum Int. Ven. οὕτω δὲ π. Inde a verbis τοσούτου δὲ ἀξίαν κρίνει τὴν φιλίαν exposuerat, amicitiam fraudis et simulationis expertem esse; accedit quod eadem divini quiddam habet. Qua sententia amicitiae encomium aptissime terminatur.

56, 47. I, 139. ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, ἑκάστων τῶν μὴ σφόδρα ἀνοήτων καὶ σιτίων καὶ λουτρῶν καὶ ὑγιεινῶν καὶ πάντων, ὁ ἄρχων ἁπάντων τούτων διαφέρει. Fortasse sic legendum est: — — καὶ λουτρῶν ἕνεκα ὑγιεινῶν καμνόντων „dum singuli, qui haud prorsus stolidi sint, et ciborum et lavacrorum salubritatis caussa laborant, rex cett. Possit etiam καὶ ὕπνου ἕνεκα πονούντων.

58, 3. I, 142. ἐπεὶ δὲ δεῖ ἄνθρωπον ὄντα φύσει τῶν ἐν τῷ βίῳ διαφερόντων καὶ τούτου τῶν ἄλλων τι ὥςπερ παραμύθιον ἔχειν. Reiskio τῶν ἐν τῷ βίῳ διαφερόντων cohaeret cum τί, aliquid eorum, quae in vita humana eximia et

excellentia sunt" id quod alienum est ab hoc loco; et vel sic tamen *χωρίς* vel *ἐξαίρετον* post *τοῦτον* ei supplendum erat. Scribendum est ita: *ἐπεὶ δὲ δεῖ ἄνθρωπον ὄντα φύσει τὸν ἐν τῷ βίῳ διαφέροντα, καὶ τοῦτον* etc. Opponuntur *φύσις* et *βίος*. *ὁ ἐν τῷ βίῳ διαφέρων* est *ὁ ἄρχων*. Deinde *τῶν ἄλλων* pendet a v. *παραμύθιον* „ceterarum curarum quasi quoddam solatium." In eandem sententiam dixit 375, 16. I, 675 *ἴσως δὲ καὶ τῶν βελτιόνων εἰσὶν οἱ δεόμενοί τινος διατριβῆς καὶ παραμυθίας ἐν τῷ βίῳ.* conf. 3, 8. I, 47. *ἡσυχῇ τὸ ἔργον παραμυθούμενοι* (canendo).

ibid. v. 15. *τῶν μὲν τοιούτων οὐδέποτ' ἀκροᾶται συνεχῶς.* Reiskius *οὐχ ὅπως συνεχῶς*. Satius est particulas *οὐδέ* et *ποτέ* disjungere *οὐδέ ποτ' ἀ. σ.* ne audit quidem unquam protelo (nedum ut ipse canat).

ibid. 32, I, 143. *διά τε τὴν [θήραν] ἐπιθυμίας ἐθίζοντα καρτερεῖν μεθ' ἡδονῆς.* *θήραν* commentum est Morellianum, qui non videret, proxima *οὐ μέντοι τὴν Περσικὴν θήραν* referri ad ea, quae v. 16 dicta sunt *κάλλιστον εὕρεμα ἡγήσατο κυνηγεσίαν.* In omnibus conjecturis, quibus vel Reiskius vel alii hunc locum sanare studuerunt, *τέ* supervacaneum est. Vide igitur ne, unius litterae mutatione sua Dioni restitui possint: *δι' ἀρετὴν ἐπιθυμίας ἐ. κ.* cum voluptate, propter virtutem cupiditates perferre (non eis gratificari) consuescentem. Nam *ἐθίζειν* non raro vim habet passivam. Eadem praecipit Ofellus Horatii Sat. II, 2, 12.

62, 13. I, 149. *καὶ τοιοῦτος ὤν* f. *καίτοι τοιοῦτος ὤν.*

62, 37. *τοῖς δεχομένοις χωρίζειν.* *γνωρίζειν* expressit Int. Ven.; vere opinor.

66, 37. I, 157. *οἱ μέντοι παῖδές φασιν.* Merito haec verba displicuerunt Casaubono; nisi ille *παῖδας* corruptum esse opinatus est; sed potius pro *φασίν* scribendum erat *ἴσασιν*. „Pueri quidem sciunt, quales sint reges isti; tu autem, rex Alexander, fortasse, qualis sis, ignoras.

67, 34. I, 158. *καὶ ὅς, ὁρῶν αὐτὸν φλεγόμενον ὑπὸ τῆς φιλοτιμίας κακίστῃ ψυχῇ ὅλον τετάμενον.* Immo *κἀκεῖσε τῇ ψ.*

67, 46. I, 159. ἢ σὺ τοὺς ἀλεκτρυόνας etc. Admiror ego Reiskium, qui Angli de hoc loco dubitationem reprehenderit. Sed Anglus excidisse quaedam suspicatus est; at ista verba usque ad τὴν νοθείαν p. 68, 8. prorsus ejicienda esse, quem tandem poterit latere? Haud dubie haec imitatio est eorum, quae inde a p. 61, 45. I, 148. leguntur, loco hercle satis alieno intrusa. Nam v. καὶ τίς etc., si, quae aliena sunt, sustuleris, optime superiora excipiunt. Illud autem sponte apparet, perquam inficetam esse hanc imitationem, et Dione indignam.

69, 47. I, 162. καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ αὐτήν. margo Morell. βασιλικήν; vereor, ut e L. M. S. Scribendum videtur pro αὐτήν — τοιαύτην. Nam τοι propter syllabam antecedentem facile potuit excidere. Cetera non sunt sollicitanda.

73, 24. I, 167. ἀπὸ τῶν ἠθῶν καὶ τῶν ἔργων χαρακτῆρα καὶ μορφὴν ἀξίαν ἐκείνων σπάσωμεν. Quidni πλάσωμεν? Quod verbum si non est huic loco restituendum, apud Demosthenem certe desideratur in Orat. in Pantaen. p. 979, 4. Reisk. καὶ ἔγωγε ἐνεθυμήθην ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα τὸ καταπεπλῆχθαι τὸν βίον: vox καταπεπλῆχθαι merito et Wolfium offendit et Reiskium; quorum utrique placuit τὸ μὴ καταπεπλῆχθαι. Sed ne haec quidem tolerabilis est sententia. Subjecta enim foret haec vis „ego vitam meam perhorrui" quod quis de semet fatebitur, quasi scelerum conscientia excruciatus, praesertim coram Heliaea? Praeterea non tales ex adversarii ore mores suos adumbrat p. 981 fin. (p. 326, 19. Tom. II. Dind.) ἐπίφθονός ἐστιν καὶ ταχέως βαδίζει καὶ μέγα φθέγγεται καὶ βακτηρίαν φορεῖ. Schaeferus autem, quem honoris caussa nomino, sic interpretatur „quantum sit emolumentum alios vitam nostram timere." Potuisse haec ita dici, facile concedimus viro in Graecorum scriptorum lectione versatissimo; tantum dico, emendationem subinde minus molestam videri, quam interpretationem. Omnino verbum desidero, quod apte oppositum sit v. ἁπλῶς βαδίζειν καὶ ὡς πέφυκα ζῆν; scribe igitur καταπεπλάσθαι; „Intellexi, quantum sit emolumentum, vitae

fumum obduxisse." Pungit adversarium, hominem veteratorem, imbutum sycophantae artificio. conf. p. 1122 med. (Dind. II, 68, 24.) οὐ τοίνυν ἃ πέπλασται καὶ βαδίζει οὗτος παρὰ τοὺς τοίχους ἰσχνθρωπακῶς, σωφροσύνης ἄν τις ἡγήσαιτο εἰκότως εἶναι σημεῖα; cui opponuntur infra οἱ ἁπλῶς καὶ ὡς πεφύκασι βαδίζοντες. Non alienum erit ejusdem Orat. p. 983. init. (Dind. 327, 12.) contulisse. Sic judicabam ante hos tres annos, et confirmabat tunc in mea me sententia Hermannus. Nunc autem omnem dubitationem abjeci ex quo Aristidem legi rhetorem. Is quoties Demosthenem exscripserit, neminem potest latere, qui utrumque legerit; non mirum igitur si nostrum etiam locum spoliavit. vol. II p. 388. Ed. Jebb. (Oxon. 1722—1730) οἷον εἴ τις ὕβρει καὶ ὑπερηφανίᾳ τοὺς τοιούτους λόγους προαιρεῖται, ἢ τοὺς πολλοὺς ἐξεπίτηδες ἀτιμάζων καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίους ἡγούμενος· ἢ καὶ ὅπερ ἀρτίως εἶπον, ἕνεκ' οἰκέτου τινὸς, οἵους ἐγώ τινας εἶδον ἤδη τὰς ὄφρυς ἀνεσπακότας καὶ βαδίζοντας ὥςπερ δεσπότας τῶν ἐντυγχανόντων καὶ καταπεπλασμένους οὕτω τὸν βίον, ὥςτε πλήττειν ἐνθέως τοὺς ἀπαντῶντας· ταῖς μὲν etc. Vides lacinias Demosthenis, male mediusfidius consutas. Haud scio equidem an irasci videar v. καταπλήττεσθαι si eam aliunde etiam expellere conabor. Plut. Vit. Pompej. c. 80. (Hutten. IV, p. 243) sic legitur: οὐ πολλῷ δ' ὕστερον Καῖσαρ ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον οὕτω καταπεπληγμένην etc. Haec est lectio vulgata; sed Junt. et Cod. St. G., maximae liber auctoritatis, haec habet: εἰς Αἴγυπτον Αὐγουστος οὕτω. Vulgatam lectionem gratum mihi fecerit, qui, quid sibi velit, indicaverit; Codex et Juntina ad verum nos dirigent. Nam syllabis recte dispositis sic legendum esse videtur: εἰς Αἴγυπτον ἄγους τοσούτου καταπεπλησμένην „in Aegyptum, tanto piaculo contaminatam," (proprie impletam, infectam a καταπίμπλημι; sicut σποδοῦ, αἵματος κατάπλεος dicitur; non refertus sed oblitus vel plenus. Nam Latini etiam ita loquuntur). In eadem Pompeji Vita c. 48. Tom. IV, p. 201. εἰς πᾶσαν ἤδη τιθασὸς αὐτοῖς

ἐγεγόνει καὶ κατ' ἀντείςπραξιν, οὐδὲν πολυπραγμονῶν — scribendum est [κατάντης πρᾶξιν. conf. Tom. V, p. 63. Ed. Hutt. et Vit. Sullae c. 2. (Tom. III, p. 176.). In eandem conjecturam incidisse Wyttenbachium (ad Moral. Tom. I, p. 351.), monuit me vir mihi carissimus C. Sintenis, qui et meruit bene de Plutarcho et merebit.

Sed ad Dionem redeo 73, 27. I, 168. οὐδὲ γὰρ ἄσχημον οὐδὲ νεμεσητὸν καὶ ποιηταῖς παραβαλλομένους καὶ χειροτέχναις καὶ καθαρταῖς ὁρᾶσθαι, εἰ δέοι σπεύδειν, πανταχόθεν εἰκόνας καὶ παραδείγματα πορίζειν. Pro ὁρᾶσθαι fortasse πειρᾶσθαι legendum est. Sed majus est aliud hujus loci vitium. Etenim καθαρτῶν nullus hic locus est; de quibus v. 36. demum sermo est futurus (ἢ ὥς εἰώθασιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρσια. sic enim Reisk. cum Int. Ven.). Hinc isti jam ideo excludendi erant, quod haec verba manifesto ad superiora referuntur, ubi se poëtas et artifices imitaturum esse professus erat. Ceterum in v. 35. ἢ ὥς εἰώθασιν p. ἢ non est „quam“ sed „aut,“ nec audiendus est Reiskius, qui in superioribus μᾶλλον intelligendum putavit. ibid. 42, I, 169. εἶεν. ὁ μὲν δὴ φιλοχρήματος δαίμων χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. Supra v. 16. promiserat Dio, velle se πλάττειν καὶ ἀφομοιοῦν τοὺς τρόπους τοῦ τριπλοῦ δαίμονος; de ipsis vel avaris vel delicatis vel ambitiosis nihil receperat. At ipse largior fuit, quam pollicitus erat. Nam p. 75, 35. I, 173. non daemonem tantum voluptuarium, sed ipsum etiam hominem depingit (ὁ δὲ δὴ δεύτερος ἀνήρ τε καὶ δαίμων ἐκείνου τοῦ ἀνδρός). At hic quidem de una fidelia, ajunt, duos parietes. Verum in prima imagine daemonis et hominis descriptionem seorsum adumbrasse videtur; certe p. 75, 6. I, 171. ὁ δὲ δαίμων comparet; reapse ex machina deus; nam nemo eum denuo nominari exspectaverat, qui toto hoc loco depingi videretur. Vide igitur, ne ex iis verbis, quae in fronte posui, δαίμων ejiciendus sit, retinendus ὁ φιλοχρήματος, ipse avarus. Nec quidquam in proximis reperitur, quod daemonem potius, quam hominem adumbrari significet. Cur

autem in secunda imagine hominem et daemonem comprehenderit, non est obscurum. Secus enim fieri non poterat sine molesta multarum rerum repetitione. Ceterum si verum fateri volumus, vix quisquam Diogenis hunc sermonem sine fastidio legere potest; sive illa Dionis culpa est, sive interpolatum hujus commentationis finem existimare malumus. — Jam venia tua mihi impetranda est L. B. si honestum te et sobrium hominem in grassatorum coetum introduxero. p. 74, 42. I, 170. τοῦτο οὖν διώκει καὶ ζητεῖ πανταχόθεν, οὐδέν τι μεταστρεφόμενος οὔτ' εἰ μετ' αἰσχύνης οὔτ' εἰ μετ' ἀδικίας γίγνοιτο, πλὴν ὅσον τὰς κολάσεις ὑφορώμενος. ὁ δὲ δὴ δοκῶν ἀσφαλέστερος, δειλίᾳ κρατηθεὶς, καὶ κυνὸς ἀχρήστου ψυχὴν ἔχων etc. Ubinam grassatores, inquis? Latent suo more. Sed protrahamus. Facile intelligitur, verba ὁ δὲ δὴ δοκῶν plane, quo referantur, non habere; sed necessario haec omnia ad eandem avari imaginem pertinere; nova persona neque poterat introduci, neque vestigium praeterea ullum exstat, esse introductam. Itaque pro ὁ δὲ δὴ δοκῶν rescribo ὁδοιδόκων, sublata pleniore post ὑφορώμενος interpunctione. Nam mihi quidem melior haec emendatio videtur, quam, cujus facile cuipiam in mentem veniat, ὧδε δὴ δοκῶν („nimirum quod sibi tutior ita videtur"). Equidem grassatores prehendi, tu feras sententiam.

77, 33. I, 177. μετὰ πολλοῦ καμάτου κυμβάλων τε καὶ αὐλῶν f. κατάγων. Pausaniae locum corrigas velim LX, c. 7, §. 5. Bekk. ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα. Meo periculo scribe μέλη τε. conf. Polluc. Onom. IV. §. 83. — Et apud eundem VI, 1, 6. Bekk. καὶ ἐπὶ ταῖς Ὀλυμπικαῖς νίκαις, πρότερον ἔνι ἐδήλωσα. Excidit καί ante πρότερον; nam duobus illis locis de Cynisca dixit.

78, 21. I, 178. ἡ κρίσις τανῦν ἕστηκεν sc. τανῦν ἐνέστηκεν.

79, 25. I, 180. ὧδε ἀφωμοιοῦτο. ὁ δὲ recte expressit I. V.

81, 9. I, 185. σοφιστάς sc. aut σόφους aut φιλοσόφους p. 84, 20. I, 191. καταγοητεύειν δέ sc. τε et infra v. 26. ἔχειν γὰρ δὲ sc. δή.

87, 10. I, 197. *μήτε ὑπομένειν τὸ κινόμενον τὸ ὕδωρ* Casaub. inverso ordine *ὑπομένειν τὸ ὕδωρ κινόμενον*. Reiskius servat vulgatum, ut haec sententia sit: quas aquas coelitus demissas solum Atticum imbiberit, eas id non sustinere. Sed quinam poëticus hujusce loci color, quin το *κινόμενον ὕδωρ* illepide abhorreat? Immo si aqua a solo imbibitur, percolatur. Itaque pro *κινόμενον* scribe *γινόμενον*. Nam *ὕδωρ γίνεται* de coelesti aqua solenne est. De v. *ὑπομένειν* conf. 261, 27. I, 488.

88, 4. I, 200. *εἰ δὲ μὴ, βραχυτέραν διὰ Σαλαμῖνος, δι' ἐρήμων σταθμῶν πορευόμενον*. Ante *διά* inserendum est *μή* „non (ut Persarum rex) per desertas stationes iter facientem.“ Nam etsi Dionis tempore Salamis propemodum deserta erat, non erat Diogenis aetate; porro quot Salaminis sunt stationes? Sed quid multa; non obscura caussa est.

89, 28. I, 203. *τῶν ἁπαλωτάτων* f. *ἁπαλωτέρων*, ne delicatiores belluae videantur.

94, 44. I, 213. *οἱ δὲ πολεμίων προειληφότων*. Cum Reiskio offendi ad hujus dictionis insolentiam. Fortasse *περιειληφότων* reponendum est.

95, 12. I, 213. *ὥςτε δοκεῖ μοι τότε μὲν χαίρειν*, immo *τίτε μόνον χαιρ.*

102, 10. I, 227. Ostensurus est orator, quomodo factum sit, ut qui canes pecuarii antea fuerint, postremo evaserint venatici. Cujus mutationis initium, ait, illud fuisse, quod carnibus vesci didicerint. Hinc corrupta sunt Dionis verba. Sed sententia haec desideratur: „et quum carnibus, si qua fera capta esset, se ingurgitarent, sin minus, esurirent“ haec inquam sententia media est inter consuetudinem carnibus vescendi et venandi studium. Hoc ipsi canes fateantur. Itaque sic scribendum videtur: *καὶ τῶν μὲν ἐμπιμπλάμενοι, εἴ ποτε ἁλοίη τι [σίτου], ὁπότε δὲ μὴ, πεινῶντες· μᾶλλον ἤδη τῷ τοιούτῳ προςεῖχον, καὶ τὸ φαινόμενον ἐδιώχουν* etc. Addito *καί* ante *τῶν μέν*, et ejecta voce *σίτου*, quod fortasse v. *μάζης* aut interpretamentum aut diversa lectio est. *τί* pro *τίς* ex Cod. Reg. protulit Morel-

lus, in quocaeis scriptum est; καὶ εἴ ποτε ἔλθοι εἰς ἄστυ. Non dissimulabo tamen, etiam p. 112, 35. I, 244. vulgatam esse ἀπαντήσασα τῆς θυράσθε.

p. 103, 24. I, 229. εἰ μή γε τὴν κώμην καὶ σκηνήν cett. Miror quod interpretum nemo ad hunc locum offendit, qui procul dubio corruptus est. Nam p. 107, 10. I, 234. prorsus dicitur contrarium: ἐγὼ μέν, ὦ ἄνδρες, ἐνόμιζον κώμην, ἔφην, ὁρῶν ἀγροὺς καὶ κώμας καὶ τοιαῦτα φλυαροῦντος. ἡμεῖς δὲ οὔτε κώμην ἔχομεν etc. Nequit igitur apparitor de vico loqui. Difficile est, opinor, in tam curta hominis supellectile reperire, quod leni mutatione ex κώμη effici possit. Habebat αὐλήν (conf. 101, 12. I, 224 et 102, 26. I, 227) sed nimis illam κώμῃ dissimilem. Vide igitur ne ῥώμην reponendum sit; nam robustus est venator, et quoniam robur etiam ad victum quaerendum pertinet, non alienum est ab hoc loco.

105, 31. I, 232. σχεδόν τι τὰ δύο μέρη τῆς χώρας ἡμῶν ὀρεινά ἐστιν δι' ἀμέλειάν τε καὶ ὀλιγανθρωπίαν. Immo ἔρημα non ὀρεινά. Et sic Int. Ven. „deserta."

107, 32. I, 235. οὐ καὶ σὺ ἀγροὺς λέγεις. f. ἦ καὶ σύ.

ibid. 36. ἐγὼ δὲ εἶπον, οὐχ ἥκιστα μὲν τὰ κρέα ἡμεῖς· ἃ δ' ἂν ᾖ, δίδομεν. Vehementer hujus loci corruptela torsit interpretes. Casauboni οὐχ ἥδιστα μὲν τὰ κρέα ἡμῶν ad sensum languidius est, ad mutationis probabilitatem difficilius; ἠλίσαμεν (pro ἥκιστα μέν), quod Reiskii commentum est, haud dubie damnasset vir eximius, si Dioni edendo ipse praefuisset. Scribendum est pro οὐχ ἥκιστα μὲν — οὐχ ἵσταμεν „non pensamus nos carnes;" id quod et honestam hominis simplicitatem decet, et cum proximis verbis egregie convenit. Non minimum vero in mea sententia me confirmavit, quod in eandem conjecturam incidit vir mihi amicissimus H. Ahrensius.

109, 38. I, 240. ἀλλὰ τίς ἄνθρωπος ἐκείνων ἐμοὶ νῦν μαρτυρήσειεν. pro ἄνθρωπος, quod a quibusdam codd. abesse, margo Venetae ostendit, scribendum est ἄν. Solet enim ἄν. ἄνθρωπος per compendium scribi. Plane eodem modo

p. 378, 69. I, 680. In Cod. Paris. P. ἄνθρωπος est; in altero ὧν. ἐκεῖνοι sunt homines, quos venator hospitio exceperat. Infra ὅθεν ποτέ pro ὅθ. πόθεν scribendum est, et p. 110, 40. I, 242. ἡμᾶς γε pro ἡμεῖς τε.

112, 14. I, 245. καὶ συνεφίσταμαι. Occupavit emendationis partem Reiskius, qui οὐκ συνεφίσταμαι „apro confodiendo accingor" ut ipse interpretatus est. Sed vereor ut verbi istam vim exemplis docere possit. Ego non dubito, quin σὺν ὑφίσταμαι a Dione scriptum sit, „aprum excipio." Sic p. 58, 21. I, 142. de venatore καὶ ὑφίστασθαι τὰ ἀλκιμώτερα τῶν θηρίων.

ibid. v. 14. καὶ τὸν λαγὼ τοῦτον σὺ, ἔφην, ἔλαβες; κἀγὼ, ἔφη γελάσας, τῷ λιναρίῳ τῆς νυκτός. Fugit hujus loci vitium interpretes. Quid est enim illud κἀγώ „etiam ego"? Debebat certe ἔγωγε. Sed tu repone ἑάλω pro κἀγώ. Sic p. 668, 17. II, 439. μὴ ἄν ποτε ἁλῶναι δεσμοῖς ἀφυκτοῖσιν.

113, 38, I, 246. αἱ γὰρ Εὐβοΐδες. Euboides quid significent, ignoro. Tantum intelligitur, pastum aliquem porcinum dici. Ne id quidem latet, neque de hordeo neque de scrofis Euboicis cogitandum esse, inter quae fluctuabat Reiskius. Postrema autem verba εἰ μήγε βαλάνους ἤθελον ἐσθίειν sic interpretor. Tempus quo haec accidisse finguntur auctumni est initium (conf. Reisk. ad Orat. huj. primordium). Scrofam igitur, quam clam saginavit, aut primo vere aut prius etiam permutasse videtur. Quod igitur, nisi ego, inquit, glandibus eam vesci vellem; negat, se illud tempus voluisse exspectare, quo glandibus victimam nuptialem saginare posset (auctumnum). Adeo impatiens erat amoris.

114, 14. I, 248. τὰ παρ' ἡμῖν — sc. ἡμῶν. statim pro πλήσιον οὗτος malim πλήσιον ὁ υἱός. Certe parum elegans est vulgata lectio, in qua pronomen οὗτος eodem pronomine explicatur.

115, 1. I, 249. οὐκ ἄλλως; οὐδ', ὡς τάχ' ἂν δόξαιμί τισιν, ἀδολεσχεῖν βουλόμενος. Sic interpungendus est hic locus. Quod notare omisissem, nisi Reiskio falsa ista interpunctio

imposuisset. Scribit etiam „βουλόμενος sponte mea, nemine exigente.“ Male etiam Int. Ven.

116, 39. I, 252. καὶ τὰ πρὸ νῦν. Fortasse τὰ τῶν νῦν. Reliqua vitio carent. προαίρεσις consilium significat, quod in conferendis beneficiis sequuntur. Pro ἐντυχεῖν aut cum Reiskio ἀντιτυχεῖν aut ἂν τυχεῖν legendum est. In proximis vero nihil nisi συχνῶν in συχνῷ mutandum; sed noli cum Reiskio de transpositione verborum cogitare.

118, 36. I, 255. τί δ' αὖ ἄσυλόν τινα ἐλπίζεις κερδανεῖν μέγιστον. De sententia dubitari nequit, si comparantur, quae v. 25. dicta erant. Verissime enim de verborum illorum scriptura judicavit Anglus. „Et tu quemnam maximum fructum te percepturum existimas, cum dives, aut mercator aut rex factus fueris.“ Non dubium igitur, quin τί δ' αὖ σύ restituendum sit Dioni. Deinde aut ἄλλον τινά, quod ab ἀνερωτᾷν pendeat, reponere in promtu est, aut, quo minus impedita procedit oratio, ὦ τάν, ut in priore interrogatione ὦ ἄνθρωπε.

122, 30. I, 262. τὸ δὲ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ διορίσαι — scribe: τὸ δὲ ἐμὸν ἐν τ. π. vel ὃ δὲ ἦν ἐν τῷ etc.

124, 15. I, 265. Sanavit hunc locum Casauboni et Reiskii acumen, nisi quod pro λέγω δὴ ἴσως — legendum est λέγω δὲ ἴσως. — infra v. 25. pro κακὸν fortasse κακῶν αἰτία scribendum est. — ibid. v. 40. I, 266. οὐ μάτην ἄλλως f. οὔ μοι τὴν ἄλλως. — et supra v. 35. καὶ τίνες χείρους ἂν ἀποτελοῖεν τοὺς ἐπ' αὐτῶν. immo ἐπ' αὐτῶν. Nam dicitur ἐπ' ἐργασίας εἶναι, ut Ed. Reisk. II, p. 354, 40. Similiter II, 390, 31. ἐπὶ τῶν κοινῶν εἶναι. — v. 46. pro καὶ εἰ καθ' αὐτήν (in quo lectio non constat) f. ἢ καὶ καθ' αὐτήν, quae vel per se i. e. sine ista mantissa. Cetera autem sana esse existimo. οἱ λόγοι πλείονες γεγόνασιν, ἢ σκέψις „oratio mea non se continuit intra commentationem etc.

125, 15. I, 267. Permira est Reiskii ad hunc locum adnotatio „Locus hic, inquit, docet, omnes has disputationes a prima ad hanc unum corpus efficere et ab auctore una serie

continente esse scriptas." Non intelligebat vir praestantissimus ad Platonis Rempublicam haec et proxima referri. conf. Plat. Rep. p. 369. A. Steph.

p. 128, 22. I, 272. εἰ οὖν ἀνάγκη. Si verum est, quod vulgatur, apodosis a verbis τί δ' ἐν ποταμοῖς incipiat. Sed magnopere vereor, ne ἢ οὐκ (non εἰ οὖν) Dio reliquerit; alioquin et nimis longa est periodus, et ne apta quidem oratio. Nam quod in protasi est, neque per se est probabilius, quam quod in apodosi, neque antea quidquam dixerat, quod ad solam protasin confirmandam spectaret. Quid igitur caussae erat, cur ad hanc orationis partem, quasi certam et confessam, reliquorum probabilitatem exigeret? Praeterea suo jure Reiskium ad v. ἀλλὰ offendisse opinor; sed minus placet, quod idem ἅτε reponebat. Nam cohaerent haec δίχα τῆς τῶν πατέρων ὀργῆς καὶ πολυπραγμοσύνης πολλῶν μιμουμένων τοὺς λεγομένους τῶν θεῶν ἔρωτας. Vide igitur ne μάλα πολλῶν genuinum sit. — v. 31. sic distingue: —, καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ καλῶν δώρων, τῶν μὲν κρύφα εἰσιόντων διὰ τῶν στεγῶν, ἔστι δ' οὐ φανερῶς κατ' αὐτάς που τὰς κλισίας.

v. 42. I, 273. ἅτε οὐ πένιχρὰς οὐδὲ πενήτων βασιλέων θίας ὑδροφορεῖν τε καὶ παίζειν παρὰ τοῖς ποταμοῖς, ψυχρὰ λουομένας λουτρὰ καὶ ἐν ἄλσεσιν ἀναπεπταμένοις, ἀλλὰ μακαρίοις καὶ μακαρίων γονέων, ἐν βασιλικαῖς καναγωγαῖς etc. Locus sane corruptus, de quo Reiskius desperavit. Sed non est insanabilis. Primum oppositio ἀλλὰ μακαρίοις καὶ μακαρίων γονέων satis docet non πενιχρὰς sed πενιχροῖς scribendum esse. Sed restat βασιλέων θίας, quod vitiosum esse apparet. Scribe igitur νάσιν εἰωθυίας quod, si litteras cum litteris comparaveris, proxime accedit ad vulgatam. „Non solent pauperibus vel pauperum filiis agnatam ire;" dativus commodi est, quem ajunt. Neminem autem constructio offendere potest. Dixerat οὐκ εἰκὸς πολλὰ γενέσθαι; erat igitur sic pergendum: ἅτε οὐκ εἰωθυιῶν; at graeco more grammaticum orationis subjectum ei cedit,

quod suapte vi subjectum est. Sic sententiam neque illepidam habes et eleganter prolatam.

129, 4. I, 273. ἔμελλεν ἐκείνη τῇ πόλει. pro ἔμελλεν scribendum est ἐμέλλετε ἐν. Nam p. 127, 47. I, 271. dixerat ὄψεσθε δὲ αὐτό — ἐὰν σκοπῆτε. — ibid. v. 25. I, 274. παρ' οἷς ἂν — post ἂν — οὖν videtur excidisse.

133, 42. I, 282. οὐ παίονται τὴν ἀρχήν, πολλάκις δὲ καὶ ἐπέβησαν αὐτοὶ καταβαλόντες. Reiskius ἀπέβησαν. Vide ne ἔφθησαν praestet; statim ipsi prosternunt.

139, 35. I, 289. οὓς ἂν αὐτοὶ βλέπωσι — immo ἀεί; nam opponitur infra διὰ χρόνου.

140, 22. I, 291. ταυτὸν ἐνταῦθα παλαίοντα sc. τὰ νῦν; nam τὰ ad παλαίοντα refertur.

ibid. 42. I, 292. ἐνδοξότερα πεποίηκε malim πεποίηκα.

141, 30. I, 293. κατὰ πόδας αἱρεῖν τοὺς στρατηγοὺς f. τοὺς δραπέτας; nam de corruptela v. στρατηγούς vere Reiskium sentire existimo. — supra v. 27. βραδύτερος requiritur; sed v. 19. ταχύτατος nollem sollicitatum a Reiskio. —

142, 15. I, 294. ὅτι χωλοὺς οὐ χωλὸς ἔφθης. Claudicat haec comparatio. Attulerat Diogenes ad ferociam hominis infringendam velociora quidem, sed genere diversa; jam victor Isthmius eo refugit, quod in suo se genere celerrimum esse diceret. Contra Diogenes formicae exemplo usus est, quae non soleat admiratione digna videri, quod ceteris formicis velocior sit. Jam si victorem nostrum non claudum, competitores claudos facit, eatenus potest recte id fecisse videri, quod utrique homines sunt. Sed non hanc requirimus generis communionem, quae celeritatis similem comparationem non habeat. Itaque v. εἰ χωλοὶ πάντες ἦσαν οἱ τρέχοντες non ad competitores tantum, sed ad ipsum etiam victorem referri probabile est. Quod si ita est, non οὐ χωλός sed ὁ χωλός a Dione scriptum est.

143, 20. ἴσως γὰρ ἂν εὕροιμι καὶ τὸν παῖδα. καί ab hoc loco alienum est. Nam propter id ipsum dominus Corinthum proficiscitur, ut servum recipiat; neque illa itineris tantum accessio futura est. Praeterea καί male convenit

cum hujus sermonis consilio. Decet enim in initio quidem animum ejus totum ad recuperationem unici servi intentum esse (conf. 147, 17. I, 301.). Scribe igitur ἐπὶ pro καί.

145, 42. I, 299. ἀνθρώπων τινί. sc. ἀνθρώπῳ; et pag. proxima v. 9. εἶχες f. ἔχεις.

Ad Trojanam Orationem conferendus est Herod. II, c. 112—120. in cujus narrationis imitationem Dionis commentatio scripta est. Rhodomannus, vir in epica Graecorum poësi admodum versatus, idem de Dione bene meruit; edidit enim hanc commentationem, et plus uni loco lucem admovit. — Ceterum ejus argumentum tale est, quod et Dionis tempore et proxima aetate multis placuisse credibile sit; id quod ipse auguratur (p. 125, 45. I, 308.), multorum manibus librum suum tritum iri. Hoc aut ipsum impulit, ut denuo opus suum recenseret (nam aetate non admodum provecta illud editum esse, non sine veri specie contendit Casaubonus); aut nescio quis alius quaedam refingere animum induxit. Quarum recensionum commixtio nexum orationis plus uno loco foede turbavit; nunc viam monstrantibus libris M. S., nunc prorsus deletis interpolationis vestigiis (conf. Reisk. adnot. ad I, 395.).

Ejusmodi sunt v. οὐ γὰρ δὴ — καὶ τοὺς πολλοὺς ἔπεισε. pag. 156, 35. I, 314. Quod ego miror interpretes latuisse. Qui enim de Homero dici poterat τοὺς παρὰ τοῖς θεοῖς γενομένους ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους? Immo referuntur haec ad Ulyssem, et idem dicunt, quod brevius et elegantius supra v. μὴ δόξῃ ἀλαζὼν διηγούμενος τοὺς παρὰ τοῖς θεοῖς γενομένους ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους. Itaque ejicienda sunt ista. Infra p. 157, 24. I, 315. exemplum habes non minus manifestum, cui salus a libris M. S. speranda est. Porro versus Homeri p. 159, 40. I, 320. recte ejecit Rhodomannus. Fortasse in eadem caussa sunt v. ὅτε μὲν Ἄρει παραβάλλων αὐτόν· ὅτε δὲ φλογὶ λέγων τὴν ἀλκὴν ὅμοιον εἶναι (p. 174, 19. I, 340.), quae orationis continuitatem parum eleganter interrumpunt et facile a quovis ex Ho-

mero poterant adscribi. — Perquam suspectus est alius locus p. 186, 3. I, 357. τὸν δὲ ποιητὴν usque ad v. καὶ ταῦτα προειπούσης αὐτοῖς τῆς Κασάνδρας (v. 32.). Nam primum quidem, si ista verba deleveris, tantum abest, ut quidquam desideretur, ut mirifice nexus orationis illustretur. Proxima enim verba (inde a v. 32. ταῦτα οὐκ ἐνυπνίοις — v. 44. καὶ τοῦτο ἄκριτον καὶ ἀσαφές singula recensent in somniis, quae enumerata habes inde a p. 185, 31. I, 356. πρότερον δέ — p. 186, 2. I, 357. πρώτατον εἶναι τῶν συμμάχων. Illic postrema est mors Ajacis; in somniis postremus est, qui semet occidit. Hoc igitur non latet, ejectis iis, quae supervacanea esse judicavimus, sententiae integritati nihil deesse. Jam sigillatim consideremus, quae intrusa videntur. Prima pars τὸν δὲ ποιητὴν — τῆς πόλεως διελθεῖν plane ab orationis nexu aliena est, et argumentum illud jam pridem a Dione tractatum et absolutum est. conf. 158, 45. I, 318.

Veniamus ad secundam partem ταῦτα γάρ ἐστιν ἐν τοῖς — v. 20. αὐτὸς αὑτὸν ἀνελών. Haec ne cohaerent quidem cum praecedente enuntiatione. At quid his verbis continetur? Plane eadem, quae inde a p. 185, 31 — 186, 2. recensentur; sed illic nomina deerant, quae hic adjecta videmus. Scilicet opus erat. Omnino ferri hoc poterat; sed quid illud est, quod eadem in somniis tertium, si diis placet, devoranda sunt? Ejiciendum igitur, quod interpretamentum esse, adjecta nomina evincunt. Tertia et postrema pars incipit a v. οἱ δὲ Ἀχαιοί et finitur v. αὐτοῖς τῆς Κασάνδρας. Eadem paullo ante dicta sunt p. 185, 25. σκοπεῖτε δὲ τἀναντία — μάντεως οὔσης παρ' αὐτοῖς ἀψευδοῦς. In nostro loco Casandram habes, illic vatem; praeterea hic copiosior est argumenti tractatio. At unum est praeterea, quod hanc tertiam partem vel maxime subvertit. Supra enim (185, 27.) haec leguntur: τῶν δὲ Τρώων μηδένα αἰσθάνεσθαι τοῦτο μηδὲ ὑποπτεῦσαι, καὶ ταῦτα μάντεως οὔσης παρ' αὐτοῖς ἀψευδοῦς· in nostro loco: οἱ δὲ Τρῶες ὑποπτεύσαντες μὲν τὸ πρᾶγμα, καὶ βουλευσάμε-

καὶ κατακαῦσαι τὸν ἵππον ἢ διατεμεῖν, μηδὲν δὲ τούτων ποιήσαντες, ἀλλὰ πίνοντες καὶ καθεύδοντες καὶ ταῦτα προειπούσης αὐτοῖς τῆς Κασάνδρας. Vides haec inter se pugnare, neque posse utrumque simul admitti. Sane cum Homeri narratione melius convenit posterius, sed id ipsum interpretis diligentiam prodit. Non enim unus hic locus est, ubi Dioni accuratius inspiciendus erat Homerus, sicut p. 180, 31. ἔπειτα φεύγοντα κύκλῳ τῆς πόλεως ἐξὸν εἰςελθεῖν. Nam cur id fieri non potuerit, rationem attulit Homerus idoneam. Nulla igitur trium istarum partium tolerabilis est. Praeterea huc attenderis: supra (185, 25.) incepisse Dionem a Troiae expugnatione, quae tempore posterior est, inde ad ea transiri, quae prius acciderant; ut hic religiose temporum ordinem servari. Sed haec hactenus.

Duarum recensionum, vel, si malueris, interpretis diligentiae vestigia deprehenduntur etiam p. 187, 15. I, 359. ubi Reisk. conf.

Difficilior quaestio est, num etiam p. 189, 4. I, 362. πότερον εἰκὸς ἦν etc. duae recensiones conflatae sint. Sane in verbis καίτοι — ἐπὶ τὴν τῶν ἡττημένων omnia insunt, quae in proximis (v. 7.) πῶς δέ — (v. 36.) δυνατὸν γενέσθαι pluribus verbis exponuntur. Sed ibi fortasse plura etiam turbata sunt. — Transeamus nunc ad alias quasdam corruptelas.

152, 13. I, 307. ἢ πῶς ἂν ἴσχυεν τὰ ψεύδη πολλάκις, ὄντων ἀληθῶν, εἰ μὴ δι' ἡδονὴν ἐνίκα. ὄντων si hic servandum est, significat idem, quod παρόντων. Sed suspicor scribendum esse πλέον τῶν ἀληθῶν. — ibid. v. 17. I, 308. sc. ἀνείλοντο non ἀνέλοιντο. — ibid. v. 39. pro τὴν παρ' ἐκείνων δόξαν repone τὴν ὑπὲρ ἑ. δ. „existimationem ipsis conducibilem."

157, 29. I, 316. τὸν γενόμενον ὑπ' Ἀχαιοῖς πρὸς τοὺς Τρῶας (πόλεμον). Scribe τοῖς Ἀχ. pro ὑπὸ Ἀ. — Supra p. 154, 40. I, 311. διὰ μὲν τὴν ἄδικον φήμην περιβόητος ἐπ' αἰσχύνῃ γέγονε διὰ δὲ τὴν αὐτῆς αἰσχύνην θεὸς ἐνομίσθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Repetitio v. αἰσχύνη sensu plane

contrario vix ferri potest. Fortasse in secundo loco pro *αἰσχύνην* — *σωφροσύνην* legendum est.

157, 37. I, 316. *οἱ μετὰ τέχνης ψεύδονται.* f. *οὐ μετὰ τ. ψ.*

158, 11. I, 317. *ὅταν μάλιστα κρύψαι θέλωσι, οὐ προςτιθέμενοι δὲ λέγουσι.* f. *ὃ δ' ἂν ἐθέλωσι, προςτιθέμενοί γε λ.* Etsi Rhodomanni conjectura *προςτιθέμενοι* magnam veri speciem habet.

161, 12. I, 321. *τὴν δὲ ὕστερον μεταβολὴν τῶν πραγμάτων, καὶ τὸν τοῦ Ἕκτορος θάνατον, ἃ ἔμελλε χαριεῖσθαι, ὑπισχόμενος, οὐδὲ ὅτι ὕστερον ἑάλω τὸ Ἴλιον.* Scribe: *θάνατον ἔμελλε χαριεῖσθαι οὐχ ὑποσχόμενος, οὐδέ* etc. Deleto pronomine *ἃ* et interposita negatione. — ibid. 26, I, 322. pro *μάλιστα δέ* sc. *δή.*

169, 3. I, 333. *προςῆκε γάρ.* sc. *προςήκειν γάρ.*

171, 2. I, 335. *ταύτην τὴν ἄγνοιαν.* vide ne *ἀλογίαν* praestet; tametsi vulgatam ferri posse, non nego.

ibid. 5. *ἔπειτα Ἀγαμέμνονα περιέμενον δέκα ἔτη διατρίβοντα καὶ συνάγοντα στρατιάν. ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἔσωσαν τὴν ἀδελφήν, μάλιστα μὲν εἰ κατὰ πλοῦν ἔλθοιεν· εἰ δ' οὐχ, ὡς πολεμήσοντες μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως.* Reiskius et Casaubonus vulgatae lectionis patroni sunt; sed uterque diverso modo eam interpretatur. Casaubonus, „opponit, inquit, *πλοῦν στόλῳ*, cujus vocis loco illa posuit *μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως.*“ Sed ejusmodi oppositio nova est; nam *κατὰ πλοῦν ἐλθεῖν* non potest, nisi terrestri itineri opponi, neque inest pacati significatio. Non raro enim *πλοῦς* etiam de expeditione militari usurpatur. — Contra Reiskius „*κατὰ πλοῦν ἐλθεῖν*, inquit, est: cum totis Graeciae copiis conscriptis, constructaque cum classe venire.“ Quod neque in verbis inest, et alienum est a mente Dionis. Nam id ipsum reprehendit, quod in colligendis ex tota Graecia copiis tantum temporis consumptum sit. Alia igitur ingredienda via est. Primum in Cod. Reg. et Veneta legitur *ἔγνωσαν* pro *ἔσωσαν*; deinde pro *εἰ δ' οὐχ* — *εἰ δ' οὖν.* Quorum postremum haud dubie verum est. Sed *ἔγνωσαν* caret infinitivo et haud scio an *σῶσαι* exciderit; sin minus *ἐδίωξαν* legi poterit. Nam *ἔσωσαν* ferri non posse, ostendunt v. *ὡς*

πολεμήσοντες. ἔγνων σῶσαι, vel ἐδίωξα ὡς πολεμήσων recte est cogitatum, quoniam recuperandi conatus tantum indicatur; ἔσωσα ὡς πολεμήσων non item. Sed quid verbis εἰ κατὰ πλοῦν ἔλθοιεν faciendum est? κατὰ πλοῦν ἐλθεῖν est navibus iter facere. Quid igitur? Num quemquam ex Peloponneso pedestri itinere Trojam petivisse credibile est? Dioscuri, opinor, etiamsi μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως bellum Trojanis intulissent, navigatione essent usi. Memineris igitur κατὰ πλοῦν etiam inter navigandum significare, ut καθ' ὁδὸν in via, et fortasse non audax tibi videbitur conjectura, si quis pro ἔλθοιεν una littera minus ἔλθοιεν maluerit. Jam totum locum oculis tuis subjiciam ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἐδίωξαν (vel ἔγνωσαν σῶσαι) τὴν ἀδελφήν, μάλιστα μὲν, εἰ κατὰ πλοῦν ἔλθοιεν· εἰ δ' οὖν (sin minus), ὡς πολεμήσοντες μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως (i. e. nullis adscitis auxiliis, ut Agamemnon totam Graeciam coëgerat). Hanc fuisse Dionis mentem, non dubium est, nec a libris M.S. longe discessimus. conf. 167, 38. I, 331. μηδὲ ἐπανελθεῖν μηδένα αὐτῷ (Paridi) μήτε — μήτε τοὺς ἀδελφοὺς τῆς Ἑλένης. Sin autem ἔσωσαν librorum auctoritate comprobatum fuerit, minus erit offensionis, si εἰ δ' οὖν, οὕτως πολεμήσοντες reposueris; sed ἔλθοιεν vel sic necessarium est.

175, 9. I, 341. οὐκ ἔχων δὲ καὶ ὅ,τι εἴπῃ ἀληθές. sc. δὲ ὅ,τι καὶ εἴπῃ. Supra 172, 3. I, 337. κατέβαινον dedit Morellus; ἀνέβαινον habet Veneta. Solenne autem in exscensione ἀπέβαινον est.

172, 20. I, 337. ὁ πάντων ἀπιθανώτατόν ἐστι, κατακλυσθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ τείχους· ἔτι γὰρ καὶ νῦν οἱ ποταμοὶ λιμνάζουσι τὸν τόπον, καὶ πολὺ τῆς θαλάττης προκεχώκασι. Primum obscurum non est, legendum esse πιθανώτατον; etsi enim postrema pars rationis, quam subjungit, intelligi nequit, at prior (ἔτι νῦν οἱ ποταμοὶ λιμνάζουσι τόπον) satis ostendit, accedere Dionem Homeri sententiae, quatenus ille eluvione muri fundamenta cooperta esse tradidit. (conf. Iliad. 12, 25. seqq. et Dionem supra 15[illegible] I, 313. ubi se pro re nata etiam defensurum esse [illegible]

rum profitetur. Sed προκεχωρήκασι quid sibi vult? Casaubonus Interpretis errorem admiratur; ὑποανακεχωρήκασι reponendum esse censet Reiskius, eodem Interprete laudato. Quanto rectius Rhodomannus, qui προςκεχώκασι (a προςχώννυμι) conjecit, quo plane opus est. Id egregie eum Demetrio Scepsio convenit, cujus locum ex Strabone protulit Casaubonus. Ceterum noli Reiskio obsecundare, qui supra v. 16. οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ad Aegyptios referri adfirmat; οἱ δέ sunt alii, ut saepe, etiam si οἱ μέν non praecessit; conf. 188, 22. I, 361.

175, 21. I, 341. ἐπιβοηθήσαντα δή. f. δέ. — 180, 44. I, 349. οὐδ᾽ ὅπως ἀποκτείνῃ τὸν Ἕκτορα εὑρίσκειν. immo εὑρίσκων quod suspensum est a v. πεποίηκε (v. 29.) — 181, 5. ἀγῶνά τινα προθεὶς ἐπιτάφιον, καὶ τοῦτο πάνυ γελοίως, καὶ τοῦ [sive τὴν] Πριάμου βασιλέως εἰς τὸ στρατόπεδον ἄφιξιν παρὰ τὸν Ἀχιλλέα, μηδενὸς αἰσθανομένου τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὰ λύτρα κομίσαι τοῦ Ἕκτορος. Num προςθείς pro προθείς scribendum sit, certe dubitari potest; καὶ τοῦτο non oportebat a Reiskio sollicitari. Porro non fugit virum egregium, turbatum esse in postrema parte nexum orationis; conjecit igitur καὶ τὰ λύτρα (sc. προθείς), ἅ φησι κομίσαι (sc. τὸν Πρίαμον). Sed lenior se offert mutatio; nihil enim nisi καί in ἵνα mutandum est, τὴν Πριάμου ἄφιξιν — ἵνα τὰ λύτρα κομίσαι.

ibid. 13. I, 351. καὶ πρὸς φιλίαν πράξαντες ἀπελθεῖν. Casaubonus ἀπέλθοιεν, ut καὶ πρός sit „et insuper." Sed neque sententia satis apta est, neque πρός, quod Reisk. vidit, a φιλίαν commode disjungitur. Praestat igitur particulam καί abjicere, quae facile ex praecedente ς nasci potuit. v. πράξαντες πρὸς φιλίαν ἀπελθεῖν (i. e. ὡς φίλοι ἀπελθεῖν) explicant proxima Πάριδι διαλλάξειαν αὐτούς. Nam ista conciliatione gratiae nihil aliud quaerebant, quam ipsorum decessio ut pacata esset. Nihil igitur magni in tali pace, quae Achivorum imbecillitatem argueret. conf. 183, 25. I, 353. et 185, 7. I, 355. καὶ τὸ στράτευμα ᾤχετο ὑπόσπονδον.

184, 9. I, 354. *συμβῆναι γὰρ οὐχ ἁπλῶς τὴν μνηστείαν· ἀλλὰ ἐπιβουλεύειν ἂν αὐτὸν τοῖς ἐκεῖ πράγμασιν· διὰ τοῦτο μὴ λανθάνειν αὐτούς.* Mitto Reiskii opinionem, qui longe ab auctoris mente aberravit. Sententia haec postulatur „Non sine fraude connubium illud quaesitum esse, sed se non latuisse, Paridem Graeciae rebus per illud insidias struxisse (conf. 168, 14. I, 331.). Cum hac sententia non convenit particula *ἄν*; porro infinitivus *ἐπιβουλεύειν* (qui pendet a *λανθάνειν*) non statim quidem damnandus est; at praestat participium. Denique male interpungitur ante *διὰ τοῦτο*, quae verba ad praecedentia referuntur. Totum igitur locum sic dispone: *ἀλλ' ἐπιβουλεύοντα αὐτὸν τοῖς ἐκεῖ πράγμασι διὰ τοῦτο (τὸ μνηστεύειν), μὴ λανθάνειν αὐτούς.* — *διὰ τοῦτο* non putavi sollicitandum; significat „per hoc," in quo sane usitatius *διὰ τούτου*, sed reperitur utrumque. Sicut *διὰ μοιχείαν* per adulterium 323, 20. I, 588.

190, 26. I, 346. *τὸν Αἰνείαν ἐπέθετο στόλῳ* immo *Αἰνείᾳ — στόλον.* — 192, 5. I, 367. *ἔχοντα* f. *ἑλόντα.* — ib. 25. I, 368. *οὐδ' ἐλέγετο.* sc. *οὐδέ γε τό* —.

200, 22. I, 382. *ἢ δεῖ θεατὰς εἶναι μόνον τοὺς ἐνθάδε ἥκοντας, τῶνδε δηλονότι* etc. Pro *τῶνδε* scribe *τῶν τε*; cui respondet *καὶ δὴ μάλιστα.* Nam per *τε — καὶ δή* a genere ad partem generi subjectam transiri solet. Egregie autem intellexit Reiskius, huc pertinere verba *ἄλλο δὲ οὐδέν — γένος ἀοίδιμον*, quae adhuc p. 198, 17. I, 379. loco prorsus alieno leguntur, quaeque jam Valesius (Emend. L. II p. 52.) abjicienda esse viderat. Illud tamen nequaquam probari potest, quod ista Reisk. post *ἥκοντας* inserenda ratus, *τῶν δὲ ἄλλων ἀμελεῖν δηλονότι* rescribebat. Nam opponuntur *θεατὰς εἶναι μόνον* v. 22. et *σκοπεῖν ἐπιμελέστερον* v. 42. Immo si et illa sunt Dionis, et non interpolatus est noster locus, versibus Homeri v. 41. continuanda sunt, idque sine Reiskii mutationibus. Sic habebis *θεάματα* et *ἀκούσματα.* Ceterum non injuria Reiskium offenderunt v. *ἐναργῶς καὶ πεποιθότως* v. 35.; nam *πεποιθότως* non potest esse i. q. *πιθανῶς*, sed fidenter signifi-

cat; *πεποιθότως* autem, quod idem conjecit, pro *ἐμπαθῶς* vereor ut accipi possit. Vide igitur ne *ἐπεοικότως* „decore (Jovis personae," legendum sit. In *πεποιθότως* nihil est aliud, quam Homerum ex animi sententia loqui.

p. 197, 9. I, 376. *ὅτε οὐδὲν αὐτὸς ἐπιστάμενος, ὥςτε ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾷν ὑπισχνούμενος· οὐκ ἔχω* — Sic interpunge nec locus erit Reiskii suspicioni. Supra tamen pro *οὐδένα ἔχοιμι* praestet *οὐδὲν ἂν ἔχοιμι*. — p. 198, 44. I, 380. *ἀλλ' ὑμετέρους* scribe meo periculo *ἀλλὰ μετεώρους*, conf. 606, 30. II, 350. infra p. 199. v. 3. ante *ἔνθα* minor interpunctio collocanda; nondum enim finita est periodus; *ἔνθα* vero est *ubi*, quod Reiskii caussa moneo.

201, 22. I, 384. *καὶ προςεχόμενοι* f. *προςελκόμενοι* „dum quovis modo rapiuntur ad veri cognitionem." — supra v. 15. *χωρὶς ἀπάτης καὶ χαρᾶς*. Lege *φθορᾶς*; depravationis quae consulto fit et quae inconsulte.

203, 25. I, 388. *τούτων ξυμπάντων μηδεμίαν αἴσθησιν* [ἔδει] *μηδὲ ὑποψίαν λαβεῖν*. Quod verbum uncis inclusimus, abest a libris M. S. et praeterea inutile est. Nam cogitatione ex prioribus *ἀνυστὸν* repeti debet.

205, 42. I, 394. *ὑπερέχει* nescio quomodo in Reiskiana legitur pro *ὑπάρχει*.

207, 4. I, 394. *καὶ πλεῖστον ἐπιδεχομένου τὸ τῆς ὑπονοίας*. In Veneta est *μετανοίας*, quam veram scripturam esse existimo. Significatur, ceram maxime correctiones admittere, si quis sententiam suam damnaverit.

209. 30. I, 400. *εἰ δ' αὖ τὸ πρέπον εἶδος καὶ τὴν ἀξίαν μορφὴν τῆς θεοῦ φύσεως ἐδημιούργησας, ὕλη τε ἐπιτερπεῖ χρησάμενος, ἀνδρός τε ἐποίεις μορφὴν ὑπερφυῆ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος* [ἔδειξας] *πλὴν ἀνδρὸς καὶ τἄλλα, ποιήσας ὡς ἐποίησας σκοποῦμεν ταυτόν·* Non morabor in refutando Reiskii errore. *ἐπιτερπεῖ* unice verum est, neque erat, quod Reiskius de *ἐπιπρεπεῖ* cogitaret; aurum intellige et ebur et colorum splendorem. *ἐποίεις* sane in *ποιήσας* mutandum est, vel *πλάσας*, quod eodem redit. At verbum *ἔδειξας* neque in codice comparet, et unde unde sumpsit

Morellus, certe alienum est. Jam totum locum cum sua distinctione apponam: ὕλῃ τε ἐπιτερπεῖ χρησάμενος, ἀνδρός τε ποιήσας μορφὴν ἐπιπρεπῆ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, πλὴν ἀνδρὸς, καὶ τἄλλα ποιήσας, ὡς ἐποίησας, σκοπῶμεν ταῦτα· Fugit Reiskium sensus verborum πλὴν ἀνδρὸς „at hominis tamen (etsi pulcerrimi et proceri)."

210, 4. I, 401. καὶ ξυνέλεξας τὴν Ἑλλάδα πρῶτον, ἔπειτα τοὺς ἄλλους τῷδε τῷ φάσματι. Parum apta hic vox ξυνέλεξας. Sed quod reponendum sit, in ancipiti est; duae enim emendationes se offerunt, ad lenitatem aeque faciles, ad sententiam aeque bonae; ξυνήλεγξας, i. e. erroris sui convicisti, effecisti, ut errorem suum agnoscerent; aut ξυνήλλαξας, conciliasti, opinionum diversitatem sustulisti.

211, 15. I, 403. ἐν δὲ τοῖς εἰκάσμασιν οὐδὲν ἐνδεικνύμενα τοιοῦτον, οἷον ἴσως καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς οὕτως ἐνομίσθη τοῖς Ἕλλησιν. Frustra est, quod vulgatam Reiskius defendit. Scribe ὅθεν pro οἷον.

p. 221, 17. I, 421. συμβούλῳ ἱκανῷ, in Cod. Reg. est ἱκανῶς quod aut omittendum cum Int. Ven., ut male e proximis huc illatum, aut ἐκείνῳ reponendum est. — p. 222, 22. I, 423. male legitur βιώσηται pro βιώσεται.

241, 8. I, 453. Scribe cum Int. Veneta τῷ δεσπότῃ. οὐ τοῦτόν φημι τὸν τρόπον. infra v. 19. omnia sanissima sunt, ut jure Reiskium admirere. — 243, 6. I, 455. ἐξ ἀρχῆς ὁ δοῦλος delendus videtur articulus. — Supra 237, 45. I, 448. ἢ ἄνθρωπος ἐὰν τύχῃ οὖσα. Intelligi potest vulgata; sed inutile hoc et molestum additamentum est, ut mihi propemodum ἐὰν τύχῃ εὑροῦσα necessarium videatur. — 238, 22. I, 449. τὸ πρόςωπον. — Aut τὸ πρόσω cum Reiskio aut τὸ προσώτερον scribendum est. — infra v. 35. τοὺς δέ γε ἐμοῦ εἰς δούλους. In Veneta est τοῦ δέ γ' ἐμοὶ περὶ δουλείας. Cod. Reg. οὐδέ γ' ἐμοὶ περὶ δουλείας. Recte vero, si περί deleveris. Nam ex superioribus repetendum est προςήκει.

244, 29. I, 458. πρὸς δὲ τούτοις ἀδοξία, χρημάτων ἀποβολὴ, τὸ μὴ περιεῖναί τι τῶν προκειμένων, ἢ παρὰ τὸ δέον

ἀσχολία, κίνδυνος etc. τὸ προκείμενον est, quod sibi quis proposuit; ut p. 60, 24. I, 146. τῶν προκειμένων οὐδενὸς ἀπετύγχανε et 264, 25. I, 493. τὸ προκείμενον πράττειν; itaque parum apta vox παρεῖναι; quae insuper statim recurrit; haud dubie Dio dederat περᾶναι (a περαίνω). Porro facile apparet, non jungenda esse ἢ παρὰ τὸ δέον ἀσχολία. Nam ἀσχολία per se habet molestiae significationem, ut ineptum esset additamentum παρὰ τὸ δέον; accedit quod asyndetorum series male turbaretur particula ἤ. Sic igitur interpunge: τὸ μὴ περᾶναί τι τῶν προκειμένων, ἢ παρὰ τὸ δέον (sc. περᾶναι), ἀσχολία, κίνδυνος etc. De ἀσχολία, quam per se molestiae notionem continere dixi, conf. 633, 24. II, 390. — 635, 13. II, 392. — et p. 45, 35. I, 118. — 46, 35. I, 120.

Statim 245, 3. I, 459. ἂν ἄρα γιγνώσκηται sc. γίγνηται. Satis constat, quoties haec verba permutentur. Sicut γίγνεται pro γιγνώσκεται habes 294, 17. I, 539.

248, 5. I, 436. καὶ τῷ ὄντι f. καίτοι τῷ ὄντι.

252, 2. I, 469. δῆλον ὡς οὐδὲν ἔνι ἐπιλείψει sc. οὐδ' ἐν ἔτει ἐπιλ. Nam quale desideretur, recte sensit Reiskius, qui ὡς οὐδ' εἰ ἔτη ὅλα λέγῃ. Annus pro longo tempore etiam Latinis non infrequens; conf. Interpr. ad Juvenal. XVI, 42. et 635, 44. II, 392. πολλῶν ἂν ἴσως μοι δεήσαι πάνυ ἡμερῶν. — infr. v. 4. I, 470. pro ἐπ' ἄχρων sc. ἐπ' ἄκρον.

253, 34. I, 471. φιλοτιμοίμεθα effecit Reiskius ex φιλοτιμούμεθα; sed debebat augmentum addere.

269, 34. I, 501. καλοῦ. ναὶ μὰ Δία, ὡς Πέρσαι γε ἐνόμιζον. Suo jure hic Casaubonus offendit. Nam non affirmari sed negari oportere, satis apparet. Scribendum igitur aut οὐ μὰ Δία ὡς; aut, quae verborum collocatio Dioni familiarior est: καλοῦ, μὰ Δί', οὐχ ὡς.

Sed praetermisimus quaedam. 255, 34. I, 477. ἥ τε γὰρ τοῦ Μενάνδρου μίμησις ἅπαντος ἤθους καὶ χάριτος. Menandri leporem quis non agnoscet (sicut si χάρις vel χάριτες apud Dionem legeretur)? Sed quid in ejus laude sibi velit χάριτος μίμησις dictu difficile est. Scribe igitur χαρακτῆρος

pro κάρπος. — 259, 30. I, 484. ἐγενόμεθα vo. γενοίμεθα, et verum proximo τὰ χρήματα. — 261, 12. I, 487. οὐ παρ' ὀλίγον μοι δοκεῖ διαφέρειν. πρός ἡδονήν τε γὰρ φωνὴ μείζων, καὶ δηλονότι ἐπιμελεστέρα, ἥ τε λέξις etc. Interpunge et scribe: διαφέρειν πρὸς ἡδονήν. ἥ τε γὰρ φωνὴ etc. Nam verborum etiam nitor ad voluptatem augendam pertinet; et omnino, sermo hic de voluptate est, quae ex acroamatibus percipitur, conf. 270, 14. I, 502. τοσοῦτο διαφέρει πρὸς κάλλος τὸ θῆλυ eodem modo 280, 36. I, 519. et saepe alibi. 273, 19. I, 507. ὅτι μὲν γὰρ Ἑλληνικῶν ἄκρος ἐστίν imo aut Ἑλληνικὸν ἄκρως aut Ἑλληνικὸν τῶν ἄκρως. Sic ἄκρως Ἕλληνες 541, 30. II, 255. et 526, 14. II, 226, σφόδρα Ἕλληνες. — καθαρῶς Ἕλληνες 532, 40. II, 240.

277, 35. I, 514. καὶ ἀποκρίνασθαι, ὅτι εἰ ἡγοῦμαι ἄνθρωπον εὐδαίμονα εἶναι. Probo Reiskii conjecturam καὶ ἀπόκριναί μοι, ὅντινα ἡγῶμαι. Fortasse idem in verbis ἀγαθὸν λέγεις πῶς γε verum vidit, cum conjecit ἢ πῶς γε. Et sic haud scio an multis sanatus locus videatur. Sed si quis ipsam argumentationis viam accuratius consideraverit, nihil potest ineptius fingi quam haec scilicet Socratica ratiocinatio. Probaturus est Dio, beatum esse solum sapientem. Ratiocinatur autem in hunc modum:

Qui bonus est (i. e. justus, prudens, temperans) is beatus est. (— 278. v. 16. ἀκολάστως.)

Sapiens justus, prudens, temperans (i. e. bonus). — 278, 25. δειλόν.

Sapiens beatus est.

Ex his sumtio, beatum bonum esse, quam maxime demonstranda erat. Quod factum videmus inde a v. 277 v. 89. δαίμονα δὲ — 278, 15. ἀκολάστως. Fecit autem suo modo, petita ratione ex etymo vocis εὐδαίμων et κακοδαίμων. Jam vero obscurum non est, hanc demonstrationem sumtionis prorsus supervacaneam esse, si ab interlocutore jam concessa sunt ista: ἆρα ὁ εὐδαίμων ἀγαθός ἐστιν; ὃς δ' ἀγαθός ἐστιν τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι φῄς, τὸν δὲ μοχθηρὸν κακοδαίμονα. — ἔγωγε. Nihil, inquam, poterat stolidius,

si id Dio commisisset. Jam ut conspicuum sit, qualis consideretur in illo loco sententia, demonstrationem primae illius partis excutiamus. Probaturus est Dio, qui bonus sit, eum esse beatum. Sed hac via procedit, ut primum demonstret, qui beatus sit, eum esse bonum. Itaque reciprocatione opus erat; qua utitur 278, 16. I, 515. (νῦν ἄρα ὅστις ἄνθρωπος νοῦν ἔχων ἐστὶ καὶ (quod inserendum est) δίκαιος καὶ σώφρων etc. νῦν ἄρα ut νῦν τοίνυν 356, 25. I, 646. et 320, 20. I, 582.) Sed haec reciprocatio ipsa aut demonstranda erat, aut, quod sane facilius, et quapropter multi divisio philosophantur, curandum, ut interlocutor eam concederet. Quod nusquam fieri videmus. Quibus subductis rationibus verba ista sic scribenda esse judico: ἆρ' οὖν εἰ ὁ εὐδαίμων ἀγαθός ἐστιν, ὃς ἀγαθός ἐστι, τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι φῄς, τὸν δὲ μοχθηρὸν κακοδαίμονα; Vides nihil mutatum esse, nisi quod inserta particula εἰ, delevimus ὅς. Quo facto non jam conceditur ab interlocutore, quo concesso prorsus inutilia sunt proxima; neque desideratur, quo omisso tota ratiocinatio subvertitur. Ceterum infra pro ἀγαθός posuit νοῦν ἔχων, δίκαιος et σώφρων, quas notiones pro boni notione substitui posse, in hac ipsa argumentatione (inde a 277, 40. I, 277.) exposuerat. 279, 13. I, 518. οἱ ἂν φιλοπονῶσιν αὐτοὶ καὶ ἐπιμελῶνται so. αὐτό, i. e. τὸ ἱππεῖς ἀγαθοὶ γενέσθαι. 282, 14. I, 521. ἀπό τινος χρόνου immo ἐπί. — 283, 4. I, 523. καὶ τοῦτον ἴσως οὔτε Καρχηδονίοις οὔτε Ῥωμαίοις ἀγαθὸν δαίμονα προσήκειν αὐτὸν καλέσαι. pro αὐτὸν scribe αὐτῶν ut supra 282, 30. I, 522. pro προσήκειν Reiskius προσήκει; possit etiam προσήκοι ἂν vel προσῆκον. — Ibidem v. 21. τὴν Ῥωμύλου χαλεπωτάτην γῆν αὐτοὺς βεβαίως ἔχειν ἐποίησε. Reiskius Videtur solum esse, quod ab incolis aegerrime teneri et ab inimicorum insultibus defendi queat. — Morellus interpretationem hanc commendat: Periculose viventes, terram quam Romulus saevo dominatu infestissimam reddiderat, ipse firmiter tenere et incolere fecit. — Denique Int. Venet.: Et periculose viventes propter Romuli

saevitiam, ipse eos terram etc. Is igitur sic legendum putabat διὰ τὴν Ῥωμύλου χαλεπότητα, τὴν γῆν αὐτός. Quae vera mihi scriptura videtur, modo αὐτούς retineatur. Nam vulgata vix cuiquam placere potest.

286, 15. I, 527. οὔτε κράξαντες οὔτε τι εἰπόντες ἄτοπον. Scribe πράξαντες, quod proxima declarant: οἱ δὲ πολλὰ καὶ δυσχερῆ ἐνίοτε καὶ λέγουσι καὶ δρῶσι.

293, 19. I, 538. ὁλόκληρον δὲ καὶ ἀληθινὸν κάλλος θαυμαστὸν οὔπω ὑπῆρξεν, ὥσπερ τῷδε. Reiskius οὔπω τῷ, nondum cuiquam adfuit. Sed tum male θαυμαστόν illud. Scribe εἴ τῳ pro οὔπω et orationem habebis elegantem; conf. 493, 44. II, 172. Idem esset ὅτῳ.

294, 15. I, 539. ὅπου μὲν γὰρ ἀμφίλογον — τότε ἀποδεικνύναι χρή· ὅπου δὲ γίγνεται. Reiskius φανερὸν γίγνεται, cui tamen γίγνεται vel sic merito displicet. Dixi jam supra (ad 245, 3. I, 459.) γιγνώσκεται mihi rescribendum videri. — 296, 13. I, 542. οὗτος ἄν μοι καὶ ἄνευ ὅπλων καὶ σὺν ὅπλοις κρείττων ἐστίν. Pro ἄν μοι scribo οἶμαι.

297, 3. I, 543. τοὺς δὲ πολλοὺς αὐτῶν scr. τούς γε π. infr. v. 41. αὐτοὺς μηδὲν ἧττον διὰ τοῦτο ἐφίεσθαι· διὰ τοῦτο refer ad sequentia: ὡς ἀνόνητος ἐσόμενος. Nec morari nos oportet, quod grammatica ratio poscebat ἀνονήτους ἐσομένους (refertur enim ad αὐτούς). Nam hic etiam grammaticum subjectum, quod est in χρή, cedit ei, quod suapte vi subjectum est. — Infra typothetae errore δουλεύεσθαι pro δεύεσθαι in Reiskiana legitur.

298, 14. I, 546. τούτοιν ἐδήλου τὸν νεώτερον δὴ λέγων. Reiskius rescribebat Τίμαρχον δὴ λέγων. Sed quoniam is etiam praesens est (conf. 309, 44. I, 564.), scribe σὲ δὴ λέγων.

303, 13. I, 553. pro οὔτε που scribe οὔ τί που ut 306, 22. I, 558. et 457. II, 106.

304, 2. I, 554. καὶ γάρ τοι προςείκαζε f. καὶ γάρ τι π.

307, 48. I, 559. πρὸς αὐτοὺς συνάγειν καὶ σωρεύειν, οὓς ἂν δύνωνται. Verba πρὸς αὐτούς supervacanea sunt, et vocem deesse apparet, ad quam οὓς referatur. Contrahas igitur

πρὸς αὐτοὺς in *θησαύρους*, de quo verbo jam Reiskius cogitaverat.

308, 19. I, 562. *καὶ οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγῆναι ζῶσιν, εἰ μή γε ἀποθάνωσιν* sc. *ἀποθανοῦσιν*. Num *ζῶσιν* retineri debeat, quaestio difficilior est. Nam *εἰ μή γε* saepe ita usurpatur, ut oppositionem magis quam restrictionem inducat; conf. Ed. Reisk. I, p. 212. v. 23. et 253, 29.; quibus locis *ζῶσιν* confirmatur.

Rhodiaca Oratio diligentissime scripta est. Admirabilis est argumentorum copia et disputandi subtilitas; modo facundiae frenum inhibuisset, et meminisset Hesiodeum illud: *καὶ γὰρ πλέον ἥμισυ παντός*. Ceterum Rhodiacam non imperante Trajano, quae pervulgata est opinio, sed Vespasiano habitam esse existimo. (Nam nihil impedit, quin habita sit Rhodi, etsi minus fortasse prolixe.) Ita cur mihi persuadeam, in caussa haec sunt. Dio jam ante, quam Vespasianus rerum potitus est, eloquentiae laude florebat (conf. Philostr. Vit. Apoll. V, p. 210. Olearii). Jam habita est Rhodiaca post Neronis caedem; sed quae p. 625. et 644. Reisk. de eo narrantur, ut nuper facta proferuntur. Praeterea nihil est in tota oratione, quod recentioris temporis significationem habeat. Ne exilium quidem ipsius, quod sub Domitiano accidit, usquam memoratur; quo solet quavis arrepta occasione gloriari. Porro a Vespasiano Rhodiis libertatem ademptam esse constat; videmus autem ex ipsa hac oratione (p. 622. et p. 625.; alibi), id ipsum timuisse et expectasse Rhodios eo tempore, cum haec oratio habita est. Etsi igitur credibile est, libertatem Rhodiis mox esse restitutam, permirum tamen esset, si silentio Vespasiani illam actionem praeteriisset (conf. p. 625.). Nam quod idem eis Imperante Claudio accidit, id non oportebat commemorari, cum deprecante Nerone statim eis libertas reddita esset. Denique ejuscemodi timor vix cadit in Trajani regnum, qui ut cautus in coërcenda civitatum li-

centia, sic non erat injustus. Eodem faciunt quae p. 620. et 592. a Dione dicuntur, Rhodios etiamtum Cariam, Lyciae partem et aliquot insulas habuisse; quae vereor ut cum restituta post Vespasianum libertate receperint. Idem p. 631. Atheniensium temeritatem incusat, qua philosophum quendam offenderint, qui insanum munerum gladiatoriorum amorem verbis coercuisset. Quod si vere Reiskius ad Apollonium Tyanensem refert (conf. Philostr. Vita Apoll. IV. p. 160. Olear.), accidit illud Imperante Claudio. Sed non raro Athenienses eo nomine vapularunt a philosophis (conf. Lucian. Demonax Tom. V. p. 252. Ed. Bipont.). Utcunque haec se habent, non pugnant cum sententia mea. Haec si vere sunt disputata, efficitur, ut Vespasianus non eodem tempore Achajam, quam Neronis vesania liberaverat, et Rhodum libertate privaverit, sed Rhodum aliquanto serius. Nam hujus Orationis tempore Rhodus adhuc libera erat; Graecia vero universa non libera; sed Lacedaemonii tantum et Athenienses aliique, qui p. 621. recensentur.

Plinius autem, qui obiit a. 79. p. Ch. eodem, quo Vespasianus, L. IV, S. 10. libertatem Graecis a Nerone donatam commemorat; deinde IV, 4, 12. quasdam liberas Achajae civitates enumerat; itaque eo tempore, quo librum suum absolvit, non amplius libera erat universa Achaja; quod fugit Spanhemium (Orbis Rom. p. 378.). Idem tamen Rhodum inter liberas civitates recenset V. 36. et 37.; nec quidquam de abolita Rhodiorum libertate apud Plinium reperitur. Itaque eo tempore, quo scripsit Plinius (haud dubie imperante Vespasiano) libera adhuc Rhodus erat; Achaja autem in provinciae formam iterum redacta. Vides quam haec egregie conspirent. Sed haec hactenus.

p. 313, 42. 1, 571. *παραβαίνειν δὲ ὅμως ἐστὶν ἕκαστα πρὸς τούτους;* scribendum puto *ἐστὶ καὶ τὰ πρός* etc.

315, 25. *τοῦτ' ἦν ποιῆσαν* sc. *τὸ ποιῆσαν.* — Omnino non admodum frequens est haec circumscriptio, qua participium aoristi cum v. *εἶναι* conjungitur; praesertim apud antiquiores. Apud Thucydidem quidem vix reperiatur. Nam L. I,

c. 138. non recte opinor distinguitur et explicatur: *μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι. ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι.* In quo loco et sententia et usus loquendi Thucydideus sic distingui postulat — — *Θεμιστοκλῆς, βεβαιότατα — δηλώσας, καὶ διαφερόντως — ἄξιος θαυμάσαι.* Junge *ἦν — ἄξιος.* Nam *καί* sic cum *διαφερόντως* componitur, ut *καὶ πάνυ, καὶ μάλα,* alia. — Magis etiam alius laborat Thucydidis locus L. VI, c. 97. initio *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταύτης τῆς νυκτὸς τῇ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ ἐξητάζοντο καὶ ἔλαθον αὐτούς* etc. Nego haec tolerari posse. Nam concedamus nunc, posse haec ita accipi. „Hujus noctis postridie" quod tamen nequit concedi; at ne sic quidem locus intelligi potest. Nam quae est *αὕτη ἡ νύξ?* In praecedentibus non de nocte, sed de die locutus est. Num igitur *αὕτη ἡ νύξ* nox est, quae antecessit eum diem, quo Syracusani, ut in proximo capite narratum est, copias recensebant? Quis obsecro, tam pueriliter loquitur, ut, si idem dies indicandus sit, prioris noctis postridie dicat? Sicut si quis pro hodie balbutiat „postridie diem hesternum?" — An insequens nox? — At res ipsa vetat. Nam eo ipso die haec geruntur, quo copias Syracusani recensebant. Porro, si ex Ciceronis praecepto (de Invent. I, 26.) commetimur cum tempore negotium et videmus potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo transigi tempore: facile intelligimus, non capere unum diem, quae hic narrantur accidisse. Iidem enim eodem die a Catina dicuntur advecti (distat autem Catana Syracusis octo fere milliariis nostris; nam non ad manum est Strabo, qui de hoc ipso itinere locutus est). Quantum igitur temporis tot millium lustrationi superest? Sed iidem Epipolas milite insidunt; fugant hostem. Aliud superest corruptelae indicium. Quid enim Athenienses exercitum lustrare oportebat, qui pridem id fecissent ad Italiam, ut ipse supra narravit Thucydides? Vix enim necesse erat eis, qui quotidie ad Catinam mili-

tiae munera obirent; minime autem eo die, quo nec opinantibus Syracusanis supervenire designaverant. Non potest igitur lustratio illa ad Athenienses pertinere, sed ad Syracusanos, de quorum lustratione praecedente capite actum est. Postremo non negligenda videtur quorundam Codd. scriptura — — τῆς νυκτὸς καὶ τῇ ἐπιγ. ἡμ.

Quibus rationibus subductis sic scribendum existimo: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταύτης τῆς νυκτὸς καὶ τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξητάζοντο, ἔλαθον αὐτούς. „Athenienses hac nocte et postridie (hujus noctis), quo Syracusani exercitum lustrabant, clam eos adpulerunt.“ ταύτης τῆς νυκτός significat praecedentem noctem, quod Atheniensibus non poterat ambiguum esse, quoniam a solis occasu ad solis occasum dies numerabant; nox igitur ad sequentem diem pertinebat (conf. Gellium N. A. 3, 2, 4.). Hoc autem neminem offendet, quod Thucyd. noctem et proximum diem statim comprehendit; diem autem, ne quis dubitaret, accuratius definivit additis v. ᾗ ἐξητάζοντο. Noctu vero Athenienses navigasse, cum per se credibile sit, utpote superventuros hostibus, tum ex Diodoro apparet L. XIII. p. 434. Steph. Νικίας καὶ Λάμαχος — ἀναλαβόντες τὴν δύναμιν ἔπλευσαν εἰς Συρακούσας καὶ προσενεχθέντες τῇ πόλει νυκτός etc. Iidem jam antea nocturnum impetum fecerant (Thuc. VI. c. 64.)

Sed redeo ad Dionem. 319, 26. I, 581. τῶν πρότερόν τινα ἐπαινεθέντων. τινά videtur delendum. Statim v. 30. τοῦτο γίγνοιτο est i. q. ἐκεῖνοι ἀποστεροῖντο, quod mirere Reiskium latuisse.

324, 12. I, 590. μὲν πρόσθεν; sc. ἔμπροσθεν ut p. 335, 30. I, 610. οἱ μικρὸν ἔμπροσθεν τεθνηκότες; et saepius. — ibid. v. 18. ὑπάρχειν ἦν ἑτοίμην sc. ὑμῖν pro ἥν.

327, 39. I, 506. καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα f. μὴ καὶ τὸ π.; et statim δεῖξαι βουλόμενος, ὃν τούτῳ κατὰ τοῦτο ἐχρησάμην. Pro ὃν sc. ἐν et sic interpunge δεῖξαι βουλόμενος ἐν τούτῳ, κατὰ τοῦτο (ideo) ἐχ. Et si quem pronomen tam nullo intervallo repetitum offendit, possit ἐν τύπῳ legi

i. e. ἐν παραδείγματι. Sic τύπου ἕνεκεν apud Plut. Hutt. T. VII. p. 41.

330, 26. I, 600. καὶ τοίνυν τοὺς Ἐφεσίους, εἴ τις ἀφέλοιτο, πρὸς τὴν θεόν. Mirere virum tam perspicacem, qui Reiskius erat, non vidisse ad lucem huic loco afferendam unius vocis divisione opus esse. Scribe εἴ τις ἀφέλοι τὸ πρὸς τὴν θεόν „si quis jam Deae religionem seponat." Sic p. 352, 6. I, 638. ἀφελὼν τοὺς μὴ μόνον ἔχοντας ἀτέλειαν. Statim τοὺς δὲ οὕτω scribendum est cum Anglo. Similis medela alii loco adhibenda est, Lycurg. in Leocrat. 241, §. 149. Bekk. p. 169. Reisk. καὶ δυοῖν καδίσκοιν κειμένοιν, τὸν μὲν προδοσίας, τὸν δὲ σωτηρίας εἵνεκα, τὰς ψήφους φέρεσθαι τὰς μὲν etc. Taylorus τοῦ μὲν — τοῦ δὲ conjecit. Sed quid illud est, καδίσκος σωτηρίας καὶ προδοσιάς ἕνεκα κείμενος? Ut ponatur urna propter salutem, at etiamne proditionis caussa? Tu vero scribe εἶναι καὶ pro εἵνεκα (nam sic meliores libri, non ἕνεκα). Haec apta est oratio σωτηρίας καδίσκος καὶ προδοσίας. Sicut in Areo judicio, ut verbis scholiastae ad Aristoph. Vesp. utar, δύο καδίσκοι ἦσαν τῶν ψήφων, εἷς μὲν ὁ τοῦ Ἐλέου, ὁ ὀπίσω, ἕτερος δὲ, ὁ ἔμπροσθεν, τοῦ θανάτου.

p. 331, 39. I, 603. τά τε δοθέντα sc. τά γε δ.

337, 12. I, 612. ἀλλ' εἴ τις καταδικασθεὶς ὑπὲρ ὅτου δήποτε, καὶ ζημίαν τινὰ λαχὼν ἢ διαπραξάμενος, ἐξαλείψειεν ἑαυτόν. Non dubito, quin vere Reiskius λαθὼν ἢ διαπραξάμενος. Illud tamen miror, virum in Oratorum lectione versatissimum non reperisse, quod ad ζημίαν supplendum sit. Vix enim ambigi potest, Dionem sic dedisse: καὶ ζημίαν τινὰ ὀφλὼν, λαθὼν ἢ διαπραξάμ.

ibid. 29. I, 613. οἶμαι γὰρ μηδένα ἄν τι ποιεῖν οὕτω καί. Egregia est Reiskii emendatio: μηδένα ἂν ἀντειπεῖν, ὅτι. Cetera autem sanissima sunt: „Si non plerique, ut modo dicebam (dixerat autem supra v. 22. πολλοὺς nisi forte ibi τοὺς πολλοὺς legendum est): at quidam certe, iique proxime apud deos."

344, 16. I, 624. ἄλλοι δὲ οὐδὲ κἂν διαῤῥαγῶσι κεκραγότες

οὐ δοκοῦσιν ἱκανῶς τιμᾶν; delendum est οὐδέ ortum, ut videtur, ex repetitione syllabarum proximarum οι δε.

346, 2. I, 627. ἤδη τοίνυν ἤκουσα καί. Legebatur ἠκούσατε. Valesius autem ἤκουσά τι rescribebat, non ἤκουσα, ut Reiskius refert. — 348, 35. I, 632. τῶν νῦν τινα παραστῆσαι. Margo Morell. παραβαλεῖν, haud dubie ipsius commentum. Nam παραστῆσαι refertur ad poëtam illum nequam, juxta Menandrum collocatum (conf. 346, 15. I, 628.)

350, 25. I, 636. pro ὠφελῆσαι sc. ὠφελῆσθαι. Nam alienum est Reiskii ὀφλῆσαι.

352, 14. I, 639. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἴσως ἂν γένοιτο ὁ λόγος f. ἴσος; ceteri in eadem caussa sunt; sed ferri etiam vulgata potest. In proximis vereor, ut bona fide egerit Morellus. Nam Venetae lacunam (quam equidem nullam esse mihi persuadeo) e Codd. se resarsisse profitetur. At, quae supplevit, ad verbum expressa in interpretatione Venet. leguntur. „Ceterum manifesta est res opinor etiam inde. Quanto enim donum imaginis praestat munerum vacatione, tanto sunt meliores, qui id sunt adepti. Praeterea inde quoque res clare perspici potest. Immunitas enim etc.“ Quod autem verba ἀλλ' ἔστι μὲν τὸ πρᾶγμα v. 19. in editione Morell. iterata sunt, id ipso invito accidisse opinor, non enim iterantur in Inter. Venet.

353, 30. I, 642. πρὸς τοῦτο δὲ κἀκεῖνό ἐστιν. Reiskius πρὸς τούτῳ. Sed eadem formula reperitur 316, 46. I, 577. — ibid. v. 40. pro νομίζητε sc. νομίζετε et μέλειν pro ἀμελεῖν.

356, 14. I, 646. οὐδ' αὐτοὶ τοὺς εὐεργέτας αὐτοὺς ἑαυτῶν ἠδικεῖτε; pro αὐτοὺς sc. ἂν τούς. — 359, 9. I, 650. εἰκότως ἂν οὖν πρόσχοιτε αὐτοῖς, καὶ πάντα delendum est καί.

360, 1. I, 651. παρ' ἄλλοις δὲ ἂν μή τις ἀκούσῃ τοῦ τόπου τὸ ὄνομα· φέρε, εἰπεῖν, ὅ,τι καλεῖται; Λύκειον, ἢ Ἀκαδημία, μηδὲν διαφέρειν. Praetermisi plerumque interpunctionis vitia; sed hic etiam Interp. halucinatus est. Distin-

gue — τὸ ὄνομα, φέρ' εἰπεῖν, ὅτι καλεῖται Λύκειον ἢ Ἀκαδημία, μηδὲν δ. — φέρ' εἰπεῖν est verbi caussa.

360, 20. I, 652. τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ἐν πολέμοις εἴωθε καὶ τοὺς φαυλοτέρους ἐγείρειν καὶ κρατεῖν. Locus parum sanus est. Pro καὶ ἐν πολέμοις fortasse legendum est ὁ μὲν πόλεμος. Sed ne sic quidem omnia sunt integra. Nam quid illud ἐγείρειν καὶ κρατεῖν? κρατεῖν aptissimum est; nam de cohibenda lascivia agitur; ἐγείρειν vero, etsi intelligi potest de iis, qui ex nimia petulantia ad modestiam excitantur; non tamen elegans est, quod eodem jure de suscitata lascivia accipietur. Vide igitur ne εἴργειν a Dione scriptum sit. εἴργειν καὶ κρατεῖν pacatiores inter se, opinor, vicini erunt, quamvis imperiosus uterque. Sic εἴργειν καὶ κατέχειν 366, 19, I, 662.

In exemplo meo editionis Reiskianae ad marginem Orationis Alexandrinae duorum codicum Parisinorum scripturae diversitas enotata est, quae patris mei chirographum refert. Quae ibi scripta inveni diligenter enotabo, ut intelligatur, quid a diligentiore illorum librorum exploratione exspectari liceat.

„Cod. Parisinus I. n. 2958. chartaceus, continens 80 Oratt. scriptus manu Mazaridis. — Cod. Paris. II. n. 2959. membran. e bibliotheca Henr. IV. Reg., scriptus eleganter Caesaris Strategi manu cum brevibus schol. marginalibus." Hunc solum contulisse videtur Morellus.

361, 19. I, 654. οἱ δὲ τρήσαντες. Sic Cod. I. — ibid. v. 29. καλὸν ἢ τίμιον. Cod. I. et II. καλὸν μὲν ἢ τ. — ibid. v. 25. εἰκότως ἂν ἄνδρες. dele particulam. — ibid. v. 39. ἤγειραν μέγαν οἶκον. Cod. I. et II. μέγα νεῖκος.

362, 4. περὶ τοιαῦτά ἐστε. Cod. I. et II. π. ταῦτά ἐ. — ibid. 14. συνετῶς Cod. I. συνεχῶς. — ibid. 17. πάντας Cod. I. πάντως. — ibid. 31. ἀπολέσαι. Cod. I. et II. ἀπολέσθαι. — ibid. 41. I, 656. βαρύνεσθαι Cod. I et II. βαρύνεσθε.

363, 21. I, 657. οὐθὲν μέντοιγε καὶ ἀγεννὲς ἀνθρώπων, οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν, ἐπισταμένων, ἀλλὰ χρειῶν τροφῆς. Hic Codd. nos destituunt, sed leni mutatione, si non Dionis

apta certe sententia restitui potest. Primum pro ἀλλὰ χρειῶν, litteris rectius dispositis, legendum ἀλλ' ἀχρείων. Sed ne sic quidem locus intelligi potest; poterit, si τροφή scripseris pro τροφῆς. Quod si admiseris sententia haec est: „Est ingens quidem in urbe Cynicorum proventus; verum enim vero homines inscitos et inutiles apud se alere non continuo turpe est. Sed hi etc." οὐδὲν ἀγεννές, quoniam liberalitatis quodammodo documentum est. At Cynici isti, inquit, ne eis quidem accenseri possunt, qui quamvis inutiles, certe non dedecori sunt vestrae civitati, quippe qui plurimum vobis detrimenti et pudoris afferunt. Non latet autem, quam acerbe τροφή de Cynicis dicatur, quasi servis vel aliis pecudibus.

363, 32. I, 658. ἐθίζει Cod. I. et II. ἐθίζοι. — ibid. 34. οὐδ' sc. οἱ δὲ disjunctim. — ibid. 36. καὶ τοὺς ἀμαθεῖς lege κατὰ τοὺς ἀ. Nam λόγοι ἐπιδεικτικοί non placent nisi indoctis. — v. 39. οὗτοι pro αὐτοί expressit Inter. V. — 364, 21. I, 659. οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ δοκῶ; Cod. I. — ἐμαυτοῦ μοι δοκῶ. — ibid. 41. ἀπαγγέλλοντες παίζουσι Cod. I. ἀπαγγέλλουσι παίζοντες. — 365, 15. ἡμᾶς Cod. I. ὑμᾶς. — ibid. 19. ἔρχεται τῆς πλήσιον οὔσης Cod. I. ἔρχεται τῶν πλήσιον τῆς πλήσιον οὔσης si modo patris sententiam recte intellexi.

366, 20. I, 662. πολὺ δὲ ἐπιεικέστερον. Sc. ἐπιεικεστέρων. Sic video jam Casaubono placuisse. — ibid. 25. σκληρόν. Cod. I. et II. πλῆρες. — ibid. 39. I, 663. ἀπειρίαν Cod. I. et II. ἐμπειρίαν. — 367, 3. I, 663. χειρονομοῦντες Cod. I. χειροτονοῦντες. Quae praecedunt, sanissima sunt, sed mala distinctio imposuit Reiskio. Interpunge καὶ τούτων ἐν ἀρχῇ μὲν ᾐτιασάμην τοὺς μὴ παριόντας. „Et horum (incommodorum) initio quidem culpam eis tribui, qui non prodirent in publicum (ad dicendum); at ne vos quidem a culpa vacatis (τὸ μέντοι πρ.)

368, 17. I, 665. καὶ γαληνὸς ἔντ' ἠχῷ πᾶν πνεῦμα βραχὺ κορύσσεται. Versum inquinatissime scriptum sic emendandum esse existimo:

καὶ γαληνὸς, εἰ τύχοι. κἂν πνεῦμα βραχὺ, κορύσσεται.

Et serena (multitudo), si venti vel pauxillum oriatur, coruscat. Praetermisi Anacreontis carmen supra 32, 4. I, 94., et caute fortasse praetermisi; cujus in postremo versu legitur ὡδ' οὐ νῦν σὲ δέχεσθαι. Carmen ipsum ad Bacchum scriptum est, cujus compellatio in extremo carmine magnam vim habitura esset. Putabam igitur legendum ὦ Διόνυσε. Sed de hoc videant alii, et viderunt fortasse.

370, 20. I, 667. ὥςπερ ἐὰν sc. ἄν. — 371, 6. I, 668. προΐεσθε Cod. I. et II. προήσεσθε. 375, 11. I, 675. ὡς οὐκ ἦν ὑμῖν f. ὃν pro ἦν.

376, 39. I, 678. καὶ πρώτων γερῶν Cod. I. et II. πατρῴων. ibid. 45. αἰσχρά Cod. I. et II. οὐκ αἰσχρά cum interrogandi signo post ὕβρεως.

377, 7. ταῦτα Cod. I. ταὐτά. — 378, 6. I, 679. οὐ κοινόν Cod. I. ὃ κοινόν. — 378, 11. I, 680. ἔχωσε Cod. I. et II. ἔσωσε. — ibid. 24. τῷ μή sc. τὸ μή. — ibid. 33. ὅσα ἂν οἱ Cod. I. ὅσα ἄνθρωποι (conf. supra ad 109, 38. I, 240.)

379, 6. I, 681. ἂν εὔτακτοι sc. ἵνα εὔτακτοι.

380, 31. I, 683. συντρίψαντες τοὺς νόμους f. ἐς τοὺς νόμους; nam hiare vulgatam recte vidit Reiskius. — ibid. I, 684. κνυζηθμοῖς Cod. I. κυζηθμοῖς.

381. 36. I, 685. καὶ τοῦτο εὐθὺς ὕστερον μετὰ Ἀλέξανδρον διαβὰν ἐνθάδε οἰκῆσαι. Int. Venet. „cum Alexandro.“ At si Ἀλεξάνδρου legimus εὐθύς in αὖθις mutandum est; quod veri specie non caret; nam pars colonorum Alexandrinorum cum Alexandro trajecerat. — ibid. 45. I, 685. καὶ τὸ εἶδος βαρβάρους Cod. I. et II. τὸ ἦθος βεβαίους. — 382, 13. κύνειον Cod. I. κύνιον. — ibid. 29. I, 686. τῶν ῥητόρων ἔσεσθαι Cod. I. ἕπεσθαι. Servat aliquam veri partem. Nam legendum est ἅπτεσθαι, quod aptissimum de gliscente paullatim malo; sic p. 402, 19. II, 13. ἀλλ' ὅμως ὧν ἂν πολυτέλεια καὶ τρυφὴ ἅψηται et 412, 22. II, 31. καὶ παντὸς ἅπτεται καὶ καθικνεῖται μέρους. — ibid. 40. προϊόντες Cod. II. προϊέντες. — ibid. καὶ πρὸς μέλος dele καί. — ibid. 42. ὑμῖν διαλέγονται Cod. I. ἡμῖν.

383, 9. I, 687. ἐσώζεσθε Cod. I. et II. σώζεσθε. — ibid. 15.

πρὸς ἐκεῖνον. Cod. I. et II. πρὸς ἐκεῖναν. μὲν. — ibid. 36. I, 688. πιούμενοι. Cod. I. et II. ποιούμενοι.

384, 2. I, 689. ἐπὶ τὸ στράτευμα scr. ἐκεῖ τό. sic jam Vales. Emend. p. 61. — ibid. 29. I, 690. ταῦτα μὲν ἤδη sc. δή. — ibid. 40. διὰ ταύτην τινά Cod. I. et II. τοιαύτην τ. 386, 10. I, 692. ἀέξασκε Cod. I. et II. ἀέξασκε. — ibid. 26. I, 693. αὐτὸς δέ sc. αὐτόν τε.

ibid. 34. τοῖς παρ' ὑμῖν. ὅτι μ[illegible]σθαί γε. Cod. I. ὑμῖν. πλὴν ὅτι μ. γ. Magnum ad verum [illegible]venienدum adjumentum. — infr. 36. ἡμῶν δὲ Cod. I. et [illegible]. ὑμῶν δέ. — 387, 22. I, 694. φόνον φέρει Cod. I. et II. φόνον. — 388, 41. I, 695. μηδ' ἄξιον Cod. I. et II. μηδ' ἀνάξιον. — 390, 7. τῶν εἰς σωτηρίαν Cod. I. τῶν φερόντων ἐ. σ. — ibid. v. 11. ἐκφωνεῖ Cod. I. et II. ἐκφρονεῖ [ἐκφρονῇ]. — ibid. καὶ νὴ Δία ἑαλωκέναι λέγοιτ' ἂν καὶ κατὰ κράτος, ὡς ὄνθ' ἑαλωκέναι, καὶ περιηγκωνίσθαι. Duae se offerunt emendandi rationes, altera — κράτος, ὃς οὕτως ἑάλωκεν, καὶ περιηγκωνίσθαι; altera haec est, ut in antiquo quodam exemplo sic
ς ως
scriptum fuisse existimemus: κατακρατο ουτ; librarium vero sedes syllabarum permutasse, ut pro κατ' ἄκρας τὸ οὕτως pingeret κατα κράτος ὡς οὔτ, eo nimirum deceptus, quod in prioribus syllabis alter etiam ordo ferri potest; in posterioribus nomina certe graeca sunt. Ad sententiam utrumque probum est.

391, 8. I, 699. μὴ ἡμεῖς Cod. I. et II. ὑμεῖς. — ibid. v. 30. in versibus Euripidis sc. κἄθεινε pro καὶ ἔτεινε (ex Herc. fur. v. 924.). — ibid. 36. I, 699. μὴ οὖν καὶ ὑμᾶς κατὰ ζῆλον τὸν Ἀλέξανδρον. Cod. I. et II. κατὰ ζῆλον τὸν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ. Scribe igitur μὴ οὖν καὶ ὑμεῖς κατὰ ζῆλον τὸν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ et intellige Herculis aemulationem, quam propter Alexandrum suscipiant. Nolite, inquit, Herculem aemulari, quod etiam Alexander, urbis hujus conditor, Jovis filium se ferebat. — ibid. 35. I, 700. πεπωκότι Cod. I. πεπτωκότι. — ibid. 42. εἰς ταῦτα sic Cod. I. et II. — 392, 43. I, 702. προέλθοι. προςέλθοι jam Hemsterh. ad Lucian. Ed. Bipont. I, 217.

ibid. 45. I, 702. ἀπορίαν Cod. I. et II. ἀπειρίαν. — ibid. 46. συστάσεως Cod. I. συνέσεως. — 393, 17. I, 703. τῆς χαρᾶς Cod. I. et II. καὶ χαρᾷ. — ibid. 19. διώκουσι Cod. I. et II. διοικοῦσι. — ibid. 40. I, 704. ἐπεὶ δὲ τύραννος Cod. I. δ' ὁ τύραννος.

395, 21. II, 2. ἄκυρον f. ἄκαιρον.

396, 24. II, 4. συνϊόντες ἐπ' αὐτῷ f. ἐν ταὐτῷ.

399, 6. II, 8. λαιδορίαν καὶ βλάβην. Vide ne λώβην etsi vulgata ferri potest.

411, 37. II, 29. Θρηΐκιοί τε φίλαι ἔμοιγε πέτραι. Neque metrum recte habet, et corruptelae suspicionem auget scriptura Venetae φιλίην pro φίλαι. Porro, tametsi, qui hic loquantur, ignoramus (nam audacius est pro Ἰδέους reponere Ἠλεῖς): vix tamen repertum iri existimo, qui rupes Thraciae „sibi quidem caras esse" profiteatur. Vide igitur, ne Veneta verae scripturae vestigia nobis servaverit, sed non ea hercle fide, qua aliquem ne in uno quidem jota peccasse dicimus. Nam sic videtur legendum: — — φιλήνεμοί γε πέτραι. Sic jure suo Thraciae rupes fruentur, quibus nemo ventorum amorem invidebit.

414, 21. II, 34. καίτοι οὐ προςήκει γε ὑμῖν, ἵνα με ἡγεῖσθε, καὶ τῷ ὄντι μαίνεσθαι, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀκοῦσαι; scribe ἐάν με ἡγῆσθε καὶ τ. ο. μ. Nam Reiskii supplementum cum sententiae nexu pugnat. οὐ ante προςήκει malim cum Reiskio deletum; sin minus, signum interrogandi post ἀκοῦσαι ponendum est.

415, 47. II, 36. μὲν εὐέκτησαν sc. μᾶλλον ἤ. — 416, 2. ὡς οὐκ οἴεταί τις sc. οὐχ ὡς οἴεταί τ. non adeo, ut sunt, qui existiment. — ibid. 17. II, 37. συμβὰν ὑπὲρ ὑμῶν τρόπον τινὰ ὅμοιον τούτῳ γέγονε „quod ex sententia vobis cesserat, quodammodo huic simile factum est, i. e. in malum vertit." Noli igitur de corruptela cogitare. — 416, 37. II, 38. pro ἂν δοκῆτε sc. ἂν ἐδοκεῖτε.

418, 5. II, 41. ὥςπερ εἰ καταπλεόντων, ἰδίᾳ μὲν οἱ ναῦται

τὸ συμφέρον αὐτοῖς ζητοῖεν, ἰδίᾳ δέ etc. Cur obsecro καταπλεόντων, non πλεόντων in genere? Quia librarius καταπλεόντων pro κοινῇ (vel ἅμα) πλεόντων exaravit. Locus simillimus legitur 532, 34. II, 240. ὥςπερ γὰρ ἐν μιᾷ νηὶ πλέοντας οὐ δυνατὸν οἶμαι χωρὶς ἕκαστον σωτηρίας τυγχάνειν, ἀλλ' ἅμα πάντες — etc.

419, 10. II, 43. ἡγεῖσθ'. Non ἡγεῖσθαι sed ἡγεῖσθ' in imperativo scribendum est. — 420, 25. II, 45. sic interpunge et scribe: καταστάσει, καὶ κατ' ἀλήθειαν οἴεσθε νῦν (pro οὖν) συμπεπτνευκέναι. — supra scribe: καὶ νὴ Δία εἰ πιστ. — ibid. 36. πλὴν ὅτι γε, εἰ μηδὲν τῶν ἄλλων ἔχετε πλεῖον, αὐτόν· ὥςτε ὧν παρ' ἐκείνου τότε [πρὸς] δι' εὔνοιαν ἐτύχετε etc. Reiskius pro αὐτὸν ὥςτε scribebat ἀλλ' ὅμως γε. Pro more ille ingeniose. Sed lenior haec est ratio, ut pro αὐτόν ponamus ταὐτόν (sc. ἔχετε). Similiter locutus est Dio 12, 21. II, 62. ὅσοι δὲ ἄνευ δαιμονίου κατοχῆς καὶ ἐπιπνοίας λόγους τινὰς ὡς ἀληθεῖς παρ' αὑτῶν ἐκόμισαν εἰς τὸν βίον, ἀτόπους καὶ πονηρούς, ubi cogitatione supplendum ἐκόμισαν. In quo loquendi genere magnam vim esse apparet. Eodem pertinere videtur 269, 25. I, 501. et 639, 3. II, 397. Ceterum πλὴν ὅτι Dioni admodum familiare est; conf. 656, 14. II, 435.; 32, 40. I, 96.; 300, 7. I, 549.; 242, 21. I, 611.; 344, 5. I, 624.; 386, 34. I, 693. (Cod. Parisin. I.) etc.

423, 36. II, 51. ὥςτε νῦν μέν ἐστιν οὗτος ὁ λέγων κἀκείνῳ ἔτι, εὐθύς. f. ὁ διέπων τὰ κοινὰ ἔτι, εὐθὺς διέπειν τὰ κοινά est i. q. διοικεῖν, ut 544, 36. II, 260. διέπειν τὴν πόλιν legitur 538, 16. II, 249.

ibid. 44. ὀφθῆναι ἐπιθυμῶν, καὶ τοῦτ' ἐσπούδακεν, ἕως ἄν. Fugit editores hujus loci corruptela. Int. Ven. sic vertit, quasi ἐπιθυμεῖ legisset; quod sane ferri potest; sed laudo librariorum fidem, qui participium reliquerint. Nam non καὶ τοῦτο sed κατὰ τοῦτο legendum est; „tam diu σπουδάζει, serio agit, satagit, donec praeterierit." V. σπουδάζειν opponitur infra λύειν τὸ σχῆμα. Sic 139, 16. I, 290. ἀνατειναμένου καὶ σπουδάσαντος. et 143, 20. I, 295. Num

ἐσπούδασεν, ut infra ἔλυσεν, pro ἐσπουδάκεν scribendum sit, in medium relinquo.

424, 22. II, 52. τοὺς ἀληθῶς προνοοῦντας. αὐτῇ δὲ ἴσως. Non aptum est αὐτῇ (ipsi). F. τοὺς ἀληθῶς προνοοῦντας αὐτῆς. τῇ δὲ ἴσως. „Sic vero." τῇ δέ vel ταύτῃ δέ sententia postulat; αὐτῆς desiderabat Reiskius, quod tamen omitti potuisse non nego. — infra v. 32. φημὶ δὲ τοίνυν — τοίνυν malim abesse.

424, 31. II, 52. στρατηγόν. Intellige magistratum Romanum, non Tarsensem. Apud Tarsenses summus magistratus erat Prytanis semestris. Quod Casauboni ergo monendum duxi. Tales Prytanes etiam apud Rhodios fuisse constat; iidem in lapidibus illis reperiuntur, quos non pertinere ad Athenienses, mox docebimur a Boeckhio. Jam Valesius Emend. p. 64. Casauboni errorem agnovit; in eo tamen falsus, quod στρατηγόν et ἡγεμόνα distinguit; πρύτανιν cum στρατηγῷ confundit. conf. 417, 35. II, 40. et quae infra ad 425, 40. II, 55. dicturi sumus.

425, 22. II, 54. ὑμῖν περὶ οὐδέν. ἀλλ' ὡς προνοεῖτε μηδὲν ἢ μὴ μεγάλα ἁμαρτάνειν, δι' ἣν δήποτε αἰτίαν μὴ νομίζειν ἐπιτήδειον εἶναι τοῦτον, μηδὲ ἐρεθίζετε μηδὲ εἰς ὀργὴν κατὰ τῆς πόλεως ἄγετε. Haec verba quamvis passim corrupta sint, possunt tamen certa ratione emendari; et partem veri Reiskii acumini debemus; quaedam aliis ille reliquit. Interpunge et scribe — ὑμῖν. περὶ οὗ δ' ἂν ἄλλως προνοῆτε μηδὲν [ἂν] ἢ μὴ μεγάλα ἁμαρτάνειν, ἢ δι' ἣν δήποτ' αἰτίαν μὴ νομίζητε ἐπιτήδειον εἶναι, τοῦτον μηδὲ ἐρεθίζετε etc. Cetera satis plana sunt et ad amussim eis respondent, quae in proxima periodo in contrariam partem dicta erant. Nisi de v. ἄλλως monendum est, saepe hoc verbo Dionem eodem, quo hic, modo usum esse. Auget vim oppositionis et latine vix commode vertatur. conf. Edit. Reisk. I, 267, 34.; 568, 26.; 583, 25.; 591, 46.; 606, 11.; 629, 46. (locus simillimus nostri) II, 2, 21. etc. Idem reponendum videtur p. 135, 22. I, 284. μυρίους δὲ ἄλλους

πόνους ἔχοντες, ut nunc vulgatur. Nam alienum ibi „et multos *praeterea* labores exantlantes."

425, 40. II, 55. τουτὶ μὲν γὰρ, ὃ ποιεῖ νῦν ὁ πρύτανις, καὶ παντελῶς ἀνόητον ἦν ἂν, εἰ διεγνώκειτε κατηγορεῖν. Noli de corruptela cogitare. Nimirum Prytanis Tarsensis magistratum Romanum (στρατηγόν) accusaturus erat. Hoc igitur Prytanis consilium, ait, non debere a Tarsensibus incusari; sed videndum, ne maturius, quam opus sit, Romanum ille impugnet. Non enim idem est πρύτανις cum στρατηγῷ.

426, 6. II, 55. μηδὲν ὁπόσον λαβεῖν sc. μηδὲ ὁπόσον δεῖ λαβεῖν. — ibid. μιμεῖσθαι βούλοιτο καὶ αὐτοσχεδιάζειν τὰ μέγιστα, καὶ προεστάναι πόλεως, ἡγεῖσθαι παντὸς εἶναι τοῦ ἐλπίσαντος. ὃ πολὺ τῶν τοιούτων ἀφέστηκεν. Reiskius post μέγιστα deesse aliquid existimabat; quale ὁμοίως ἄτοπον. Et sane tale quid postulat sententia. Sed non deest, quod Reisk. desiderabat, modo pro ὃ πολὺ τ. τ. scribatur οὐ πολύ etc. Nam οἱ τοιοῦτοι sunt ii, qui suo Marte medicamenta venenis condiunt. Apparet igitur ἡγεῖσθαι immerito fuisse Casaubono suspectum (qui ἡγεῖσθε maluit). Sed nondum integratus est locus. Et primum videndum, quinam finis sit proximae periodi. In Veneta est βούλοιτο μὲν αὐτοσχεδιάζειν; quod non ego cum Reiskio spreverim. Sic enim Dionem reliquisse existimo: βούλοιτο. τὸ μὲν οὖν αὐτοσχεδιάζειν τὰ μέγιστα, καὶ προεστάναι πολέως ἡγεῖσθαι παντὸς εἶναι τοῦ ἐλπίσαντος (usitatius esset τοῦ ἐπιτυχόντος), οὐ πολὺ τῶν τοιούτων ἀφέστηκεν. ἐγὼ δὲ etc. Qua ratione aptissime transitur ad novam orationis partem; lenissima vero mutatio est.

426, 24. II, 56. Μαλωτῶν ἐσομένων. Si quid video, scribendum ἡσσώμενοι. 428, 36. II, 60. χρησάμενον. Scr. κτησάμενον, nam de possessione, non de usu quaeritur.

430, 15. II, 63. οὐδ' ἂν ἔτι πλέον. Aselli ipsis naribus minus patulis ab equis distinguuntur. Displicet igitur ἔτι πλέον; non displiceret ἐπὶ πλέον. Ceterum infra Valesius non ψέλλιον sed ψάλιον reponebat.

433, 4. II, 67. τὰς δὲ κεφαλὰς πλέκομεν σισύρας καὶ πίλους. Reprehendit hominum stultitiam, qui, quae natura ipsis tegumenti caussa dederit, ea deponant; iidem deinde arte damnum resarciant. Apparet igitur vanam esse Reiskii conjecturam τὰς δὲ κεφαλὰς ἐμπλέκομεν (omisso σισύρας καὶ πίλους); quod pertinet ad ornatum capitis, eumque talem, ad quem ipsis crinibus opus est. Nam de tegumento, non de ornatu agitur. Casauboni scripturam ταῖς δὲ κεφαλαῖς πλέκομεν σισύρας καὶ πίλους jure rejecit Reiskius, et rationi ejus aliae poterant addi. At illud non abhorret a veri specie, quod Reisk. v. σισύρας καὶ πίλους librarii errore iterata existimat; ille quidem ex sequentibus hic occupata, de quo ambigi licet; sed elegantior haud dubie locus futurus est, si illa σκεπάσματα semel enumerantur. Hoc tamen dubitatione vacare opinor, scribendum esse pro πλέκομεν aut στέγομεν aut σκεπῶμεν (etsi me latet cur σκέπομεν nunc e lexicis exulaverit); „Operimus caput" quod ipsum hic a nexu orationis flagitatur. σκέπων τὴν κεφαλήν ex Herodiano adtulit Stephan. s. v. σκέπω. — Sequitur, ut si σισύραι καὶ πῖλοι invito philosopho vel bis tibi placuerint, σισύραις καὶ πίλοις legendum sit. Sed si Reiskii suspicioni aurem praebemus, optimum videtur factum, sic locum constituisse: τὰς δε κεφαλὰς σκεπῶμεν, σισύρας καὶ πίλους καὶ τοιαῦτ' ἕτερα ξυῤῥάπτοντες. τοὺς δὲ ἀλεκτρυόνας ὁρῶμεν οὐδενὸς τοιούτου προςδεομένους, ὧν ἄνθρωποι. καὶ ποῖος (vel καίτοι π.)

434, 37. I, 70. καρποὺς ξύλων βρίζοντες. Interpr. V. videtur legisse θρίζοντες, ne hoc quidem satis aptum. Jul. Poll. proprium verbum uvarum θλίβειν esse ostendit; olivarum τρίβειν. Ejusdem generis sunt πιέζειν et πτίσσειν. Noli igitur cum Reiskiana dormire. — 435, 26. I, 71. pro φύσιν I. V. φύσις; vere, ut videtur. — 444, 26. II. 85. τῶν φιλοσοφίας λόγων alibi τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ut Ed. Reisk. I, 529, 45. et II, 8.; ut vulgata suspicione haud careat. — 445, 29. II, 87. ὦ φίλε Ῥόσων. Boeckhius V. S. ὦ φίλ' Ἱεροσῶν. quod nomen in Inscr. Borysthenitica reperitur.

446, 5. II, 87. οὐκ ἄντικρυς τῶν ἥμερον etc. Casaubonus τῶν ἄντικρυς. Sane ἄντικρυς ἀποφαίνειν etiam aliō apud Dionem loco reperitur 517, 24. II, 299. Sed ἄντικρυς ut ad ἀποφαινόντων referatur, ne opus quidem transpositione est. Ceterum ad genitivum cogitatione ἀκούειν supplendum est. Locus hic paullo est impeditior, et est ubi corruptus, quem tamen expeditum iri speramus.

Ipse Dio πᾶν τὸ λογικὸν in unam civitatem comprehendi voluerat. Jam vituperat eos, qui totum mundum (non solum ratione praeditos animantes) simul animal mansuetum et civitatem esse dixerint. conf. 448, 14. II, 92. Hoc si quis teneat, facile singula quomodo intelligenda et corrigenda sint apparebit. ὅπερ οὖν εἶπον, σύστημα ἀνθρώπων ὡρίσαντο scribe οὓς εἶπον pro οὖν ε. „quod ii, quos dixi, hominum communionem definivere.“ ὅπερ ad σύστημα relatum est, constructione et Graecis et Latinis usitata (conf. 536, 11. II, 246.) nisi forte τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ περὶ scribendum est, cum Reiskio. Nam vulgata τούτῳ habet. Utrumque eodem redit. Prima igitur reprehensio haec est, quod civitatis definitio, qualem ipsi dederint, ad totum mundum adcommodari nequeat, in quo multa insint praeter homines.

ἅμα τε γὰρ οὐκ ἦν ἴσως. γὰρ delendum esse apparet. Nam est haec altera pars sententiae caussalis, cujus prior pars ἐναντίον γάρ —.

ἀλλὰ τὴν νῦν διακόσμησιν. Laudo Reiskii consilium, qui priora verba ἐναντίον γάρ — ὑπολαβεῖν uncis incluserit, qua longioris periodi nexus mirifice illustratur. Sed hic haeret aqua, ajunt. At quae postuletur sententia, declarant opposita. „Non oportet eos audire, qui praefracte et audacter (ἄντικρυς), mundum mansuetum animal et civitatem esse, contendunt.“ His igitur in proximis aliquid opponi debet; quale hoc „Sed ex parte tantum et *quodammodo* comparatio illa ferri potest. (Nam de civitate potissimum quaerere ex consilio est Dionis; de mansueto animali non adtinebat prolixius disputare.) Hoc autem sic

effeceris, si pro ϑ' μήτε τῇ πόλει, quae aperte corrupta sunt, reposueris ἀμηγέπῃ πόλει, nulla fere litterarum mutatione. ἀμηγέπῃ saepissime apud Dionem reperitur; sicut Ed. Reisk. I, 227, 10.; 250, 14.; 269, 44., 383, 5.; 487, 7.; 491, 10.: et II, 311, 25. καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, δοκεῖ μοι προςεοικέναι τῷ τῶν φιλοσόφων ἀμηγέπῃ τὸ τῶν κορόπλαθων. Habes jam universam orationis formam; restant v. ἐν οὐδενὶ ἧττον πεφυκὼς ἐν ἅπασι τούτοις, καὶ μιᾷ ψυχῇ καὶ δυνάμει διεπομένων. Quae cum haud dubie ad τὸ πᾶν referenda sint, scribe πεφυκός (sic jam Reisk.) et διεπόμενον. — ἐν οὐδενὶ ἧττον πεφυκὸς ἐν ἅπασι τούτοις (τὸ πᾶν) „in tanta rerum multitudine in nulla sui parte deterius est (quam in reliquis)." — Ita emendatum locum habes sat difficilem. Illud addo, quo facilius Dionis mens percipiatur; ἡ νῦν διακόσμησις, praesens mundi status, opponitur τῇ ἐκπυρώσει τοῦ παντός, placito illi Stoicorum, quod infra prolixius tractaturus est. Hoc igitur Dioni in ista totius mundi cum civitate comparatione displicet, quod in ea solus praesens mundi status respiciatur, qui quodammodo civitatis similitudinem referat; alter plane exclusus sit (ἡ ἐκπύρωσις). Inde a v. 24. ὁ δὲ λόγος οὗτος suae sententiae praestantiam exponit; redit igitur ad illa οὕτως δεῖ ἀκούειν (conf. 448, 12. II, 91.).

447, 8. II, 89. οὐδὲ μεμνῆσθαι scr. μεμυῆσθαι. Declarant hoc proxima. Praeterea inepta est haec oratio, meminisse secundum legem initiatorum, quasi profani non sint memores; denique praeposterum est, de memoria dici, ubi de scientia prius erat quaerendum.

449, 40. II, 94. ταχύτητι, τά τε ἔξωθεν — immo ἅτε ἔξωθεν.

450, 36. II, 95. συνεχόμενον δὲ πανταχόθεν αὐτῷ τοῖς μέρεσιν „omnibus partibus semet nititur i. e. suo se nixu continet." Quemadmodum cubus dicitur ἑδραῖος καὶ συνερειστικός (Steph. Thes. a Blufasch.). Quod Reiskii caussa monendum duxi. — 451, 21. II, 96. καὶ τοῦτον ἵνα f. καὶ τοιοῦτον ἵνα.

452, 32. II, 98. οὕτως δὴ λέγομεν — εὐφήμως vide ne lectoris Christiani sint. In eandem suspicionem incidit p. 43, 34. I, 114. οὕτω δὲ καὶ — αὐτοκράτορος.

453, 6. I, 98. οἷαν χειμερίοις — immo οἷα ἂν χειμέριος. Corinthiaca a reliquis Dionis scriptis aliquantum et rerum et orationis indole, ipsis denique numeris discrepat; proxime vero ad illud dicendi genus accedit, quod recentiores sophistae excoluerunt.

455, 23. II, 101. περὶ ναῦν ἦσαν; oportebat certe τὴν ναῦν f. uno vocabulo περιένευσαν „natantes circumvenere." — ibid. v. 35. καὶ αὐτόν. Recte Int. Venet. καί non expressit.

457, 37. II, 106. εἰκάσαις ἂν τοῦ μύθου τὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν ὑπὸ τοῦ Ἡλίου ἐξαίρετον, βουλομένου τοῦ Ποσειδῶνος. Haud dubie Dio fabulam sic explicaturus est, communem Neptuni et Solis possessionem significare bimarem Corinthi situm. Hoc effici potest, si locum male a librariis habitum sic refingimus: ὡς εἰκάσαι τις ἄν, αἰνιττομένου τοῦ μύθου τὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν, οὔτε Ἡλίου ἐξαίρετον βουλομένου οὔτε Ποσειδῶνος. Cum prioribus haec de more conjuncta sunt; itaque non plene distinguendum est ante ὡς εἰκ. — Τὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν „bimarem terrae situm." Ad ἐξαίρετον intellige τὴν γῆν. βουλομένου refertur ad μύθου. „dum neque Solis neque Neptuni eam ἐξαίρετον esse vult." Si non usus esset genitivis absolutis, sic haberemus: αἰνίττεται ὁ μῦθος τὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν, οὔτε Ἡλίου ἐξαίρετον βουλόμενος, οὔτε Ποσειδῶνος.

460, 26. II, 111. πλὴν ἄρα Διονύσου τοῦ πρεσβυτέρου. Non Reiskii errore Διονύσου pro Διονυσίου legitur, sed uxoris, quae, quo illius adnotatio referretur, non intellexit. — Supra 459, 28. II, 109. τεθναμένοις errore typ. pro τεθαμμένοις.

462, 16. II, 115. ἀλλὰ τὸ μὲν ἔστιν εὐθὺς καὶ νόμιμον. Vera est lectio marginis Venet. τὸ μὲν εὐθὺς ἐνστῆναι „statim ab initio se opponere." Proxime antecedentia si-

tiosa esse, apparet, ad quae conf. Plut. de Pyth. oraculis Ed. Tubing. Tom. 9. p. 271. (c. 15.) ἀλλὰ Πραξιτέλης, ὡς ἔοικε μόνος ἠνίασε Κράτητα τῇ ἐρωμένῃ τυχὼν αὐτόθι δωρεᾶς (ubi meo periculo rescribe χώρας. nam locum nactus erat; statuam donatam ab ipso, Phryne dicaverat; conf. Pausan. 10, 15, 1. Bekk. Φρύνης δὲ εἰκόνα ἐπίχρυσον Πραξιτέλης μὲν εἰργάσατο, ἐραστὴς καὶ οὗτος, ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρύνης ἐστὶν ἡ εἰκών.

463, 40. II, 118. τοῦτο, καὶ ὑμεῖς sc. τοῦτ', ὃ καί.

465, 4. II, 121. ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ. Apparet auctorem nostrum legisse νάῃ. Ipse enim infra νάει τε καὶ θάλλει. Eandem scripturam etiam alibi reperiri (nam versus illi Cleobuli Lindii saepissime citantur), testis est Jacobs. An. in Ep. et Anth. Tom. I. p. 193.

466, 16. II, 125. τοὺς ἐξ ἐκείνου f. τοὺς ἐξ Ἰλίου quo ducunt, quae his opponuntur, ὁρῶν Ἀρκάδας ἐκ Φενεοῦ. — ibid. 19. σπουδή f. σπουδῇ. — 467, 10. II, 126. ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ ὅπερ sc. τῶν αὐτοῦ, ὅπερ.

467, 42. II, 128. Plenior interpunctio p. οὐκ ἐχθρός (sive ἔχθος) ponenda est, ne quis ἀλλά illud ad praecedentem negationem referri existimet. Nam ἀλλά hic est se colligentis et revocantis; opponitur enim famae virorum proborum judicium. Postrema h. O. verba ἢ κατ'. ἄνδρα μοι ὀρθὸς ἕστηκας facillime possunt emendari, si ᾗ legimus pro ἤ. Viderunt hoc Reiskius et Casaubonus; nisi quod iidem ultra progressi sunt. κατ' ἄνδρα „quam pro homine“ restringit v. ὀρθός μοι ἕστηκας. Sic p. 668, 7. II, 439. Homerus ὁ καθ' ἡμᾶς σοφώτατος dicitur i. e. quam pro nostra (humana) conditione.

470, 34. II, 133. οὐκ ἀποστήσομαι δέ, οὐδ' εἰ πως ἂν [οὐ] μεῖναι γενομένη δύναιτο. — οὐ est de conjectura; neque Graecitas fert, ut ista sic accipiantur, ut Reiskius voluit, „non desistam ne si quidem conciliata minus constans et perpetua sit.“ Immo scribendum est ὅπως ἂν pro εἰ πῶς ἄν. Ne id quidem desistam exponere (hoc enim ex prioribus cogitatione repetendum), plane ut Ed. Reisk. I, 340,

27.) quomodo concordia, si conciliata fuerit, permanere possit. Hanc secundam disputationis partem orditur infra p. 482, 16. II, 152.

473, 15. II, 137. αἱρεθῆναί τισιν ἄξιον sc. σφισιν. — 474, 36. II, 140. διότι καὶ μὴ πλείω sc. μὴ καί. — 475, 24. II, 141. τούτων οὐδέν ἐστι. τὰ δὲ ὄντα οὐδὲ εἰπεῖν οὐδ' ὁμολογῆσαι ὡς καλῶς ἔχει. Scripsi priora ex certissima Reiskii emendatione. Sed infra nihil excidit, sed redundat ὡς, quod est delendum.

480, 25. II, 149. οὔτε ἂν ἄξιος ὢν τοῦ πρωτεύειν ἐν πόλει διὰ τοῦτο εὐδοκιμήσει παρ' ὑμῖν, τῷ μὴ πρὸς ἐκείνους λέγειν. Casaub. et Reisk. ἀνάξιος. Sed ille πρὸς ἐκείνους sic interpr., ac si ὑπὲρ ἐκείνων legeretur; hic neglexit negationem μή. At quis non videt, potius οὐκ οἰδοκιμήσει scribendum esse; servata ceteroquin librorum scriptura; nisi forte οὔτε οὖν pro οὔτε ἄν; nam perquam frequens est apud Dionem οὔτε οὖν — οὔτε. Huic sententiae favet ipsa oppositio, οὔτε φαῦλός τις ὤν. Credibilius enim probum improbo opponi, quam hominem nequam nequiori.

488, 38. II, 163. τῶν οἰκοδομουμένων ἐργαστηρίων ἄλλως. Venet. ἄλλος. f. ἄλλοσε. Nam officinas alio translatas esse, consentaneum est. — 489, 44. II, 165. περιβαλεῖν προςήκοντας, immo τοὺς ἥκοντας. — 492, 34. II, 170. εἴ τις ἑτέρους ἐπαινεῖν βουλόμενος ὑμᾶς ὠφελῇ. immo ἐπαινῇ — ὠφελεῖν. — 493, 4. II, 170. ὅπως αὐτοῖς f. αὐτοί.

In hujus orationis fine duo sunt, quae accuratius legentem offendant; primum p. 502, 28. II, 185. ὁ φίλος εὐτυχῶν; quae reprehensio magis quam laus est amicitiae, si felix tantum amicus facto et consilio adjuvare nos potest. Prius facile patimur; posterius ne verum quidem. Quid enim ad bene consulendum prosperitas? Potest hoc incommodum facillime removeri, si ὁ τυχὼν legimus. „etsi neque opibus neque prudentia insignis est, tamen et factorum et consiliorum socius est optabilis. Nam ὁ τυχὼν ex loci cujusque nexu intelligi debet. Quo vel maxime ipsius amicitiae vis declaratur. — Alteram difficultatem attigit Reis-

kius; nam verbis καὶ ὅτῳ ἂν ἐντύχῃ ἀνὴρ εὔνους quid faciendum sit, non intelligitur. Facillimum erit (nam quod Reiskius suasit, ne Graecitas quidem admittit) particulam καί abjicere. Nam et Latini et Graeci sic loquuntur. „Optimus hic est consiliorum auctor, si cui obveniat vir benevolus.“ Quod reliquum est, de transpositione verborum εὐφημότατος et ὠφελιμότατος, quae Reiskio placuit, anceps est judicium. Nam etsi „nomen atque omen quantivis est pretii“ tamen multi reperientur, quibus res major videatur praesens utilitas, quam divinitus promissa. Nexus tamen a Reiskio stat.

502, 10. II, 184. ὑπὸ μὲν ἀλλήλων ἐνάπτεσθαι. Quid hoc rei est, a se invicem incendi? Num ad iram? Quam absurdum hoc „ira noxia est (nam hoc nexus ostendit). Hac enim ad iram incendimur.“ Quid multa? βλάπτεσθαι reponendum est.

503, 26, II, 186. ὡς ἰδιώτης ὢν καὶ διανοοῦμαι. Abjiciendum καί cum I. V. — 506, 15. II, 190. εἴτε καὶ μετὰ σχήματος, ἵνα δοκῇ ῥήτωρ, καὶ ταῦτα οὐκ ὢν εὐσχήμων αὐτὸς, ἀποκρινοῦμαι. Sic enim interpungendum est. Apparet igitur inutilem esse Reiskii mutationem, et lapsum Int. V.

513, 35. II, 203. ὅσην ἐπίστανται μόνοι οἱ παρατυχόντες, ἐγὼ δὲ, ἂν λέγω νῦν, σφόδρα λυπήσω τινάς. Scribe meo periculo pro μόνοι οἱ — μὲν οἱ. Nam inepta est vulgata.

514, 2. II, 204. ταῦτα δὲ εἰ μέν. Quoniam alibi hunc locum tractavi (in Commentatione de chronologia belli Mithr. I. quae facillime apud propolas Gottingae reperietur) hic paucis defungar. Constructio sic procedit, εἰ μέν ἐστι χρήσιμα — οὐ λέγω τοιοῦτον οὐδέν (v. 10.). Itaque interpunctio minor ponenda est post κύριον. Veniamus ad alteram periodi partem, ὅτι ὑμεῖς μάλιστα. Primum scribe ὅτι δ᾽ ὑμεῖς. Nam manifesta est oppositio. Sed huic etiam parti deest apodosis. Videndum igitur ubinam nova incipiat periodus. Haud dubie v. 20. καίτοι σμικρῶν. Itaque apodosin in verbis τούτοις ὡς ἐννοεῖν ἄξιον latere oportet.

Et sane ita se res habet, modo litteras recte disponas, τοῦτο ἴσως ἐννοεῖν ἄξιον. Habes igitur etiam alterius partis formam. Reliqua etsi non certa, at probabili conjectura in hunc modum restitui possunt τούτων ἐπεθυμεῖτε, καὶ χρόνος ἦν πολὺς, ὃν ἠλπίζετε ἐξ ἀπάτης, καὶ τοῖς ὑποσχομ. — Haec lenissima videtur corrupti ἐξαπατῆσθαι emendatio; etsi magis etiam dubito, ex quo hanc rationem Hermanno displicere intellexi. Non alienum esset ἐξῆς πᾶν ἔτος, καὶ—. Illud tamen affirmare ausim, καὶ ante τοῖς ὑποσχομένοις interponendum esse; dativus enim ad ἐδίδοτε refertur. Ceterum eandem corruptelam, quae hunc locum tam misere turbavit, habes etiam 523, 5. II, 220. τούτοις ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ubi procul dubio τοῦτο ἴσως a Dione scriptum est. — ibid. 25. II, 205. τοιούτων ἐξεχόμενοι. quod sciam ἔχεσθαι vel ἀντέχεσθαι vel ἐξηρτῆσθαι hoc sensu dicitur, ἐξέχεσθαι non item.

ibid. 36. II, 205. ὡς πρᾳότερον ἀντιγράψαντος. πρᾳότερον adversa fronte cum Dionis mente pugnat, ubi τραχύτερον exspectares. Sed πρότερον reponendum opinor; idque eo magis, quo, quod antea ambierant, tunc adepti erant (διοίκησιν conf. 516, 13. II, 208.)

516, 18. II, 207. ἐπὶ δύο ἡμέρας γενομένης τῆς χειροτονίας ἐξῆλθον, οὐδὲ μᾶλλον παρατυχὼν τοῖς γεγονόσι, οὐδένα ἔχων χρεώστην seqq. Ex duabus, quas Reiskius proposuit conjecturis altera, οὐδὲ δι' ἄλλων π. peringeniosa est, et diu fuit, cum vera mihi videretur. (Debet autem probata Reiskii conjectura infra ὀφείλοντά του πραγμ. pro τοῦ scribi.) Nunc quod aliter judico, haec in caussa sunt. Ex Reiskiana emendatione hoc dicit orator: „Neque ipse adfui, neque per alios rem gessi, cum neque debitores neque conjuratos, neque beneficiis mihi devinctos haberem.“ In quo primum me offendit, quod civium neminem omnino beneficio sibi devinctum fatetur; porro, quam rationem affert, cur sic egerit, quemadmodum egerat „vobis enim non mihi (vestrae non meae utilitatis caussa) Senatores illos ab Imperatore petiveram“ — haec igitur ratio non satis apta

est. Nam etiamsi Senatores illi Dionis potissimum suffragatione creati erant, hoc ipso universae civitati optime consultum videri poterat. Itaque aut fallor, aut hoc in prioribus Dionis verbis inesse oportet: „absentia mea ipse meae utilitati parum consului; neque sufficit id, quod Reiskiana emendatione efficitur „absentia mea curavi, ut in eligendis Senatoribus nihil mea auctoritas valeret.“ Quae sententia lenissima emendatione restitui potest: *οὐδ' ἔμελλον, παρατυχὼν τοῖς γεγονόσι, οὐδένα ἔχειν χρεώστην* etc. „Et detrectavi, praesentia mea debitores, conjuratos, beneficio devinctos mihi parare.“ Debitores; nimirum per *διεγγύησιν*, qui pacta pecunia Dionis suffragationem sibi pararent. *συνωμότην*, qui contra rem publicam cum ipso conjurare parati essent (conf. supra 515, 16. II, 106.); denique qui gratiam ipsi impetrata dignitate senatoria (hoc enim *τὸ πρᾶγμα*) haberent. Enumerat ista adversarios perstringens, qui iisdem temporibus cautius usi erant. De negationis in *οὐδένα* repetitione, quae nostra consuetudine assuefactum offendere possit, conf. 635, 8. II, 392. *οὐ γὰρ δοκεῖ λυσιτελεῖν τοῖς μονάρχοις, οὐδένα ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι* i. e. non conducibile est, quamquam; conf. 557, 14. II, 280. Ceterum negatio etiam ad *παρατυχὼν* pertinet, ut in interpretatione expressi. — infr. 17. II, 208. *δικῶν μοι δεῖν* f. *δέον*. Num etiam *μόνον* pro *μᾶλλον* dubitari potest?

517, 25. II, 211. *ἐμεμνήμην, καὶ ἐνόμιζον συμφέρον γενέσθαι τῇ πόλει*. Scribe aut *ἐμεμνήμην, ὧν ἐνόμιζ. συμφόρων* γ. τ. π. aut *ἃ* pro *καί*, ceteris relictis.

523, 5. II, 220. *καὶ τούτοις ὡς* sc. *τοῦτο ἴσως*; conf. supra ad 514, 2. II, 204.

525, 25. II, 225. Pervertunt hujus loci sensum, qui *δέ* post *ἐλευθερίαν* inserunt. Interpunge et scribe: *καὶ πολιτεύσονται κατὰ νόμους ἐν ἐλευθερίᾳ, καὶ μᾶλλον* (vel *μᾶλλον δ'*) *ᾑροῦντο διψκίσθαι*. — statim sc. *προςήκει* et v. 30. pro *ὁ δ' οὖν* — *ὃ δ' οὖν*. — 527, 27. II, 230. *ὅπως ποτὲ ἔδοξεν*; malim *δοκεῖ* „utcunque volupe est.“ — 535, 36.

II, 245. κηφῆν ἄγριος vide ne ἀργός. Nam hoc nomine κηφῆνες incusari solent; conf. Arist. Vesp. 1114.

538, 43. II, 250. ὃς τὴν χαλεπωτάτην ἀρχὴν διηνεκῶς ἄρχων. Immo vero διηνεκῶς. Eodem verbo usus est noster 404, 28. II, 17. Sic autem scribendum esse, docent, quae sequuntur, ὁ τοίνυν φιλόσοφος ἀεὶ αὑτοῦ ἄρχει.

544, 35. II, 260. τὸ γὰρ ἔχειν αὐτὸν (filium) ἀξιώσαντα τῆς πόλεως. Aut integer est hic locus; aut si displicet ἀξιώσαντα ἔχειν pro ἀξιῶσαι. (quamquam ζεύξαντες ἔχετε 667, 42. II, 439. legitur; eademque constructio 669, 7. II, 440.; si modo Dionis est ista de libertate declamatio): scribendum est μετέχειν; neque in hac ratione displicebit δέ in μεταξὺ δέ. — 545, 17. II, 261. παρὰ τὸν τόπον εἰ τοιαῦτα f. ἀεί pro εἰ.

Orat. LII partem emendatius edidit vir summus, Hermannus, in Programmate de Aeschyli Philocteta mens. Febr. 1825. Lips. — 549, 11. II, 267. οὐδὲν ἐπιβουλευμένων. Herm. οὐδὲν ἔχοντα ἐπιβ. — ibid. 27 ὁ μὲν γὰρ χρόνος τυχὸν οὐκ ἦν τοιοῦτος. An τοσοῦτος? Certe dubitari potest. — ibid. v. 37. ἐποιήσαντο χόρον. Herm. ἐποίησαν τὸν χόρον, quod prorsus necessarium est. Sic infra 552, 8. II, 272. — ibid. 43. ὁ δ' Αἰσχύλος ἁπλῶς εἰσήγαγε τὸν χορὸν αὐτῷ πάνυ τραγικώτερον καὶ ἁπλούστερον· τὸ δὲ ἕτερον πολιτικώτερον καὶ ἀκριβέστερον. Hermannus pro αὐτῷ, quod intelligi nequit, αὐτῶν. Sed gravior est hujus loci corruptela. Quid est πάνυ τραγικώτερος? Non magis, opinor, graecum, quam valde melior latinum. Aliud est πάνυ νεώτερος p. 638, 44. II, 397. „prorsus juvenis." Nam v. πάνυ non potest discrimen in comparando indicari. Ad ἁπλῶς autem referre, durum est, et ἁπλῶς sine additamento praestabilius. Porro αὐτῷ aperte falsum; αὐτῶν certe non necessarium est. Non dubito igitur, quin pro αὐτῷ πάνυ scribendum sit: ὃ τῷ παντὶ τρ. Declarat hujus scripturae veritatem primum quod opponitur (τὸ δὲ ἕτερον), unde intelligitur τραγικώτερον et ἁπλούστερον non posse ad chorum referri; deinde frequentia hujus formulae (τῷ παντὶ cum compara-

tivo) apud Dionem. Afferam ex postrema Rhodiacae parte exempla; Ed. Reisk. I, 611, 10; 614, 10; 625, 4; 630, 17 et 24; 638, 40 et 3 etc. Vides igitur, quam istud Dioni familiare sit.

551, 42. II, 272. ἐν τοῖς δράμασιν sc. πράγμασι. Nam in dramatis etiam λόγοι et πράγματα sunt; conf. pag. prox. v. 10. — 552, 34. II, 273. ἀλλ' οἷόν τέ ἐστιν scr. οἷός τέ ἐστιν; „in eo est, ut reddat."

554, 18. II, 276. ὁ δὲ Ζήνων οὐδὲν τῶν τοῦ Ὁμήρου λέγει, ἀλλὰ διηγούμενος. vide ne — Ὁμήρου ψέγει ἅμα διηγ. „Zeno nihil in Homero reprehendit, simul enarrans" etc.

554, 31. II, 276. ὡς ἱκανὸν ὄντα παντὸς χρήματος. Cum e sententiae nexu, tum e Platonis R. P. III, 597 st. ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα apparet, quid Dioni dicendum fuerit. Toupius, quem Reiskius laudavit, rescribebat ὡςεὶ κανόνα. Sed et ὡςεί alienum, neque Homerus rei cujusque canon dici poterat. Aptius esset ὡς εἰκόνα ὄντα pro ὡς ἱκανὸν ὄντα; quamvis durius ad auctorem referatur, quod in carmen cadit. Videtur igitur post χρήματος — μιμητήν excidisse i. e. dexterum imitatorem.

564, 17. II, 290. in versu Cratini scribe κἀθέστηκ' pro καθέστη. et statim in v. ποιμένας μόνον ὀνομάζει. — (Venet. ἂν μόνον) fortasse ἄμεινον et ὀνομάζειν reponendum est. Ceterum interlocutor non sine caussa dubitat. Nam apud Pollucem I, 249. ποιμένες ovium sunt. — 565, 30. II, 291. ὡς Ἑλλήνων τῶν immo ὡς Ἕλλην τῶν et supra v. 26. pro τῶν αὐτότε τῶν ἀνθρώπων lege τῶν ἀεί ποτε (vel πάντοτε) τ. ἀ.

567, 11. II, 293. ἀπροβούλως τὰ ψηφίσματα. Vales. Emend. p. 75. ἀπροβούλευτα τὰ ψηφ. quae dictio solennis est. — ibid. 33. τοῖς ἡγεμόσιν αὐτοῖς τίμημά ἐπάγων, ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Haec verba, quae nexum funditus subvertunt, non esse Dionis, mihi persuadeo, sed lectoris cujusdam eruditi, qui ceteris formulis forensibus admonitus, ista ex Oratt. sibi nota adscripserit. Infra demum

v. 8. proximae pag. Nestor ζημίαν ἐπάγει τοῦ ἁμαρτήματος; quae ipsa est τίμησις; nam post hanc more forensi ὑποτιμᾶται Agamemnon. — Supra v. 26. ἀχθέντες εἰς τὸ δικαστήριον, τὴν ἀρχήν. vide δικαστήριον ἢ ἐπὶ τὴν ἀρχήν scribendum sit. Nam magistratus aut per se multant aut de judicum sententia. — 568, 21. II, 295. ὡς οὐκ ἦν ἱκανὸν f. ὂν pro ἦν.

569, 35. II, 296. ἦ τοῦτο μὲν σχεδὸν, οὗ ἕνεκά φαμεν ἐν πᾶσι τοῖς ὀρθῶς λέγουσιν οὐδέποτε οὐδεὶς πείθεται τῶν ξυνιέντων· ἀλλ' ἔστι ἡ ἀπείθεια ταὐτὸν ἀξυνεσίᾳ. Sententia poscit ὅτι vel ὡς πᾶσι sublata post λέγουσι distinctione. Porro ante πείθεται — οὐ inserendum est. „An hoc fere illud est, quapropter dicimus, bene suadentibus neminem unquam eorum, qui intelligant, non obtemperare, sed idem esse non obedire et non intelligere? — Supra v. 31. pro ἔτι γάρ malim ἤ τί γάρ, dicendi genere oratoribus admodum usitato; quamquam vulgata quodammodo defendi potest.

575, 5. II, 304. ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν εὑρεῖν οὕτω μεγαλόφρονα καὶ φιλότιμον, ὁτιοῦν, ὃς ἀνὴρ πέφυκε. immo μεγαλόφρον — ὡς ἀνὴρ π. Euripides dixerat: οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ conf. 551, 22. II, 270. — Supra 570, 14. II, 297. male legitur ἀπειθήσουσι pro ἀπειθήσωσι. Ceterum mirari licet, quomodo Reiskium plana hujus loci sententia latere potuerit. — et 572, 24. II, 300. καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἅπασιν ἱκανοί. Scribe meo periculo ἐκεῖνοι (οἱ λόγοι) pro ἱκανοί.

576, 15. II, 305. Priora parum feliciter a Reiskio sollicitata sunt; qui sanissimam vocem ἀλογίαν tentaverit, non ille personis recte distinctis. Quanto melius Casaubonus, qui pro εἰ δέ scripsit εἴη δέ praeclara emendatione. Pergit Dio ἓν τοίνυν ἴσθι, οὗ χάριν αἰτίας με ἥκοντα. Haec etiam verba leni correctione restitui dicam, an intelligi possunt in hunc modum: ἓν τοίνυν ἴσθι οὐχ οὗ χάριν αἰτιᾷ με ἥκοντα „hoc unum scito (qui tam sollicite profectionis meae caussam anquiris) non me ejus caussa venisse, cujus

caussa me venisse arguis (i. e. in tham noxam. Id enim suspicari se Philoctetes significaverat). — v. 26. sc. τὸν Ναυπλίου pro τοῦ N.

581, 6. II, 312. ὁ δὲ δεινότατός ἐστιν, ἥσθῆσθαι τοῦ ποιητοῦ, τὴν πρὸς τὰ πάθη τῶν ἀνθρώπων ἐμπειρίαν. Casaubonus: ὃ δὲ δεινότατον, cui non possum equidem suffragari. Nam δεινός etsi hominem astutum et peritum significet, at ὃ δεινότατόν ἐστιν nihil est, nisi „quod molestissimum est." Praeterea pendet oratio. Scribe ὃ δὲ δεινότατός ἐστιν (Homerus), ἤσθησαι. — Infra ἐμπειρία πρός τι insolentius est pro περί τι — 383, 21. II, 315. πρὶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι. Versus sic procedit: πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκοῦσαι, a quo consulto Dio deflexisse videtur.

590, 3. II, 324. καὶ ψυχὴ γέγηθεν ὑπο τύχης γεωργουμένη· εἰ δὲ ἀπολίποι τύχη, περίεισιν (sic marg. Mor.) ὡς ἐν τάφῳ τῷ σώματι. Haec declamatio si Dionis est, certe provectiori ejus aetati tribui nequit. Indoles ejus proxime accedit ad recentiorem sophisticam. Nec multum me movet, quod Photius tres de Fortuna orationes agnoscit, quarum tantum postrema Dionis ingenium et orationem refert. Tametsi igitur haec commentatio inficete scripta sit, tamen tam aliena imagine, ψυχὴ γεωργουμένη ὑπὸ τύχης, vix quemquam potuisse uti existimo, cum praesertim modo dixisset εὐτυχεῖ γεωργός. Videtur igitur pro γεωργουμένη reponendum esse αἰωρουμένη, quae vox de laetis maxime animi affectibus usurpari solet. Sic ὑφ' ἡδονῆς μετέωρος 17, 6. I, 70.; contra καταπεπτωκώς 258, 5. I, 481. Vocem μετέωρος, sed proprio sensu, reponebat pater meus apud Pausan. I, 22, 7. Bekk. in v. ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον (μετέωρον). De imagine ὡς ἐν τάφῳ τῷ σώματι conf. Max. Tyr. Disp. XIII. p. 241. Reisk. ἡ δὲ δειλὴ ψυχὴ κατορωρυγμένη ἐν σώματι.

Ne LXIV quidem oratio a suspicione vacat, et fortasse haec etiam sophistarum νεανιεύμασιν accensenda est, isti Asiani dicendi generis corruptelae. 595, 32. II, 333. διὰ δὴ (sic recte Reisk.) τοῦτο ἀγαγοῦσα ἐνθάδε ἵδρυσε τεταμένων τῶν

χειρῶν μηχανωμένη τε καὶ τὸν πλοῦν καὶ κατιθύνουσα· γῆς δὲ τοὺς καρποὺς ἀφθόνως διδοῦσά τε καὶ δωρουμένη. Reiskius nullus dubitat, quin haec corrupta sint; nec opinor alius quisquam. γῆς δέ conjectura est; Morellus et Veneta τῆς δέ; hoc ducit ad veram loci scripturam. Nimirum supra (inde a p. 593, 15—40.) Fortunam dixerat altera manu clavum tenere, altera cornu copiae; huc referenda esse haec etiam verba, vix potest addubitari. κατιθύνειν enim proprie dicitur de eo, qui clavo navem gubernat conf. 224, 7, I, 426. Jam vero in τῆς δέ est τῇ δὲ „sinistra manu" qua fruges largitur. Quod autem legimus τεταμένων τῶν χειρῶν librarius atramenti benignior fuit; oportebat enim τῇ μὲν τῶν. Nam opus est etiam dextra manu, qua clavum teneat et cursum dirigat. Restat, ut particulam καί ante τὸν πλοῦν ejicias. Totum igitur locum sic scribe διὰ δὴ τοῦτο ἀγαγοῦσα ἐνθάδε ἵδρυσε, τῇ μὲν τῶν χειρῶν μηχανωμένη τε τὸν πλοῦν καὶ κατιθύνουσα, τῇ δὲ τοὺς καρποὺς ἀφθόνως διδοῦσά τε καὶ δωρουμένη. Habes orationem, quae optime cum universo hujus declamationis colore conveniat, qui, qualis mihi videatur esse, supra significavi. Intellexi postea eandem fere Valesii fuisse sententiam, qui Emend. p. 75. sic rescribebat: τῇ μὲν τεταμένων τῶν χειρῶν — τῇ δὲ τοὺς καρπούς.

597, 23. II, 336. εἰ δὲ οἷον τὸν τυφλὸν βακτηρίᾳ καὶ πήρᾳ περιτίθησι. τυφλόν verum esse nequit; nam βακτηρία et πήρα non sunt tam constans caecorum nota, ut eorum commemoratio hic possit tolerari; omnes mendici et multi praeterea eodem adparatu utebantur. — In Veneta est τὸ τυφλόν et βακτηρία et πήρα. Fortasse igitur locus sic constituendus est εἰ δέ σοι τὸν τῦφον βακτηρία καὶ πήρα περιτίθησι etc. „Sin autem baculus et pera et exilis simplexque vitae cultus istam tibi superbiam affert, horum etiam gratiam Fortunae habeas." τὸν τῦφον dicit, quod jam antea Diogenem θρασυνόμενον introduxerat.

607, 10. II, 351. ἢ δέκακις ἢ ἠδίκησάν ποτε ἐραστὴς πόλεως. Scribe meo periculo ἢ ἥλικος ἄν ποτε ἐραστὴς ᾖ πόλεως.

ἡλίκης ἂν dubitatione vacare opinor; sed quo loco ἢ interponendum sit, an ἐρασθῇ scribendum, non dixerim. Amat Dio isto modo enumerationes terminare. conf. 126, 37. I, 269. — 610, 13. II, 355. ὅσα πολλὰ συμβαίνει sc. οἷα. ibid. 27. τὸν πτωχὸν δὲ ἀλαζόνα particulam δὲ alienam esse, vidit Reiskius, in cujus locum τόν restituendum videtur. — 615, 5. II, 363. μαρτυρήσαντες f. μακαρίσαντες.

616, 10. II, 364. ἀρχὴν δὲ οὐδὲ πειρῶνται ἀπόντων f. ἁπάντων ne attingunt quidem omnis generis dulcedinem. — ibid. 37. ἐζήλωσεν f. ἐζήλωκεν.

617, 27. II, 366. μάτην δὲ ἄρτι ἐν τῷ πελάγει φερόμενος Reiskius αἰωρεῖται pro ἄρτι; facilius erat ἔρρει. Sed adverbium potius, quam verbum excidisse puto. Vide igitur ne ἀωρί, ut in Euripidis versu, ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶντα (conf. 595, 27. II, 331.)

617, 31. II, 366. Recte Ven. et Morell. ἁρμόζονται τοὺς ἄλλους; at pro καταστήσαντας sc. καταστήσαντες. In Reiskiana scriptura constructio haud recte procedit.

625, 16. II, 378. καὶ πρὸς ἔνδοξον ὄντα καὶ βασιλέα, καὶ αὖ πάλιν ἀγνοούμενον καὶ πτωχόν etc. Non immerito Reiskium offendit, quod iterum regis mentio facta est; corrigebat igitur καὶ πρὸς σοφόν. Noli virum praestantissimum audire. Haud dubie enim πρός aut omittendum est aut cum ὡς permutandum. An obscurum est, haec ad ipsum Ulyssem referri, qui modo ut nobilis et rex, modo ut ignotus et mendicus sermocinetur? Caute jam supra ita Dio instituerat orationem, ut non protelo enumeraret, cum quibus locutus sit Ulysses. Nam parum elegans futurum erat perpetuum καὶ πρός. Ideoque seriem istam distinxit, de modo deque loco quaedam interponens. Ad verum jam illud ducere poterat, quod hic ὄντα adjectum videmus, quo non erat opus, si πρός foret genuinum. — 633, 45. II, 391. ἀλλ' ἀποχωροῦντες τοῖς πολεμίοις αὐτοῦ τοῦ ἄστεος f. ἀλλὰ παραχωρ.

637, 13. II, 395. ἢ δὴ καί (sic Ven. et Mor.) f. καὶ δὴ καί.

640, 20. II, 399. τί δαὶ ὁ βασιλεύς; οὐχὶ καὶ τοὺς βασιλείους θεοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀπέστειλε. Neque per se intelligi potest Dionis locus, neque cum Xenophonte congruit (Anab. II, 4, 1.). Tissaphernes et frater regis foedus illud regis nomine fecerant (ὤμοσαν καὶ δεξιὰς ἔδοσαν ap. Xenoph.); nec ullae ipsius regis in foedere faciendo partes fuerunt. Apparet igitur vanam esse Reiskii conjecturam, qua post θεούς — ὤμοσεν inserit. Mihi quidem pro ἀπέστειλε scribendum videtur ὑπερεῖδε i. e. non ei religioni fuerunt Dii regii et dextra; quale desiderat sententia. — Infra v. 25. καὶ τῷ τοὺς προδώσοντας παρασκευάζειν, τῷ παντὶ πρὸς ἐκεῖνον τρόπῳ οἰκειότερον ἔχειν. τοῖς μὲν γὰρ προδόταις ἀργύριον ἦν ἀνάγκη διδόναι: τοῖς θεοῖς δὲ περὶ ὅρκων οὐδὲν ἔθελει. Duae sunt in hoc loco corruptelae. Primum enim caussa, quam affert, τοῖς μὲν γὰρ προδόταις etc. non habet, quo referatur. Scribe igitur τῷ παντὶ πρὸς ἐκεῖνον τὸν τρόπον οἰκειότερον ἔχων (Philippus). Nam satis erat τοὺς προδώσοντας παρασκευάζειν; mantissa, quae debetur vulgatae, facile caremus. Deinde pro ἔθελει scribendum esse ἐτέλει, haud dubie jam vidit lector eruditus. τῷ παντί cum comparativo quam usitatum sit Dioni, alibi indicavimus.

ibid. v. 33. ὅτι τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις καὶ σφαίραις ἐξαπατᾶν δεῖ, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις καὶ χρήμασι. Diduxisse videtur noster, quod brevius Plutarchus habet ex Androclide (in Vita Lysandr. c. 8. et Apophthegm. Lacon. Tom. 8, 227. Tubing.) τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις δεῖ ἐξαπατᾶν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις; diduxisse, inquam, videtur; nam pro χρήμασι — ῥήμασι reponendum existimo. — ibid. 33. ἡ κερδαλῆ δὲ ἀλώπηξ ἑτέρα τίς ἐστιν; Non recte haec Reiskius intellexit. ἑτέρα est diversa, dissimilis; conf. 651, 42. II, 415. τοῦτο μὲν ἕτερον τὸ τῶν ναυτῶν. conf. 555, 18. II, 277.

643, 11. II, 403. καὶ ὥςπερ f. καθώςπερ, aut καί delendum est. et infra v. 16. εἴ που διεφθάρη pro διαφθαρῇ. καθώςπερ legitur etiam p. 605, 6. II, 348.

648, 5. II, 410. καὶ ταῦτα πᾶσιν ἀρέσκοι Vales. E. p. 78. καὶ ταὐτὸ κ. ἀ. — 649, 10. II, 411. ὥστε ἀεὶ ὑπομεμνήσκειν ἑαυτούς f. αὐτοῦ „ut semper in suam memoriam nos revocet.

651, 21. II, 414. εἴ τινι γείτων πονηρὸς [ἦ], ἢ ἄλλως συγγνώμη. — συγγνώμη (συγγνώμων) in Veneta reponitur, quam genuinam scripturam esse existimo. Sententia est: „si cui furax vicinus, aut qui conscius sit furti." Neque ego ἄλλως in ἄλλῳ mutaverim. conf. ad 426, 22. III, 54.

653, 40. II, 417. σὺν ὀλίγοις εἶναι τῆς τέχνης ἐργάταις. f. ἐργάτην.

654, 8. II, 418. καὶ μηδέποτε ἂν ὑπὲρ τούτων μηδένα μηδὲ τῶν φαυλοτέρων ἄλλον ἄλλῳ φρονεῖν, ἢ ἃ κοινὰ πᾶσιν ὑπάρχει ἀγαθά. Noli dubitare, quin Dio dederit φθονεῖν ἃ κ. (pro φρονεῖν ἢ ἃ) „neque quamquam de eis rebus unquam alium alii invidere, quae in commune salutares sunt omnibus." Nec me movet, quod φθονεῖν ὑπέρ τινος non est usitata constructio. Non enim obstat praepositionis vis, et hic eo minus habet offensionis, quo verbum (φθονεῖν) praecedit, ideoque, ut saepe latinum *de*, non constructa illa magis quam composita cum verbo φθονεῖν videri potest. Ceterum sententiam hanc restitui oportere, proxima satis demonstrant, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐφ' οἷς ὅ τε φθόνος γίγνεται etc.

655, 29. II, 420. ἢ εἴπερ f. ἤπερ εἰ. — ibid. v. 37. pro συμφθειρομένων (sphalmate, ut videtur Reiskianae) συμφθεγγομένων expressit I. V. — v. 42. pro ἀναλαβεῖν scribe me auctore ἕνα λαβεῖν; docet hoc oppositio, et quis unquam dixit ἀναλαβεῖν μάρτυρα?

658, 9. II, 424. οἰκοσότριβας. οἰκότριβας pridem Valesius p. 78. E.

659, 42. II, 426. τέλος δὲ τὴν κόμην διασπάσαντα τῷ ψήγματι immo vero διαπάσαντι (a διαπάσσω). Sic scribendum esse conjeceram, priusquam Herodotum in eadem narratione eodem verbo usum esse cognovi. — 660, 42. II, 428. μεταβάλλουσιν ἐξ ἀνθρώπων ἐπὶ ὄφεις f. εἰς ὄφεις.

661, 21. II, 349. ἀγαθὸς δὲ θύσαι φανείς. Post φανείς videtur οἰωνός excidisse; quod melius videtur, quam φανείς ex μάντις corruptum existimare, in quod facile quispiam incidat.

663, 28. II, 433. πάρ᾽ ἂν ἐκεῖνα ἐκοσμήθη. Postrema vox corrupta est. Nam quae deinceps enumerantur, non sunt omnia ejusmodi, ut ornata recte dicantur. Itaque scribe ἐκομίσθη. In causa est jotacismus. Idem alium locum corrupit. Fragment. Lysiae 6. p. 401. apud Bekk. δίκαιος δὲ εἶμι μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλ᾽ εἰπεῖν ἅπαντα, ἐπειδὴ νεώτερός εἰμι τοῦ συμβουλεύειν. Juvenis se doceri poscit ab adversario. Itaque scribe δίκαιος δὲ εἶ μηδὲν, cum Reiskio et Foertschio; de constructione conf. Dion. Ed. R. II, 206, 30. Deinde quid illud συμβουλεύειν? quisnam consilium a juvene poscit? Scribe igitur συμβολαίου. Nam χρέος etiam ad συμβόλαια pertinet, de quo ipso sermonem hic esse apparet. — Apud eundem Lysiam p. 226, 1. Bekk. τοὺς μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι τιμήσειν sc. τοὺς μὲν γὰρ παρ᾽ οὐδέν et p. 285, 7. pro καταλεγεὶς ὁ πατήρ. καταλεγεὶς οὐ παρῆν. Nam ὅτι οὐ κατελέγη nemini potest crimini dari conf. 295, 11. P. 346, 15. Sic scribe et interpunge: ὥςπερ, εἰ φοβερῶς ὀνομάσαι, μέλλων ἀληθῆ λέγειν, ἀλλ᾽ οὐκ, ἂν (i. e. ἐὰν) πάνυ πρᾳ ό ν ω ς μ η δ ὲ ν ψεύδηται, ταῦτα ποιήσων. ταῦτα ποιήσων est ἀληθῆ ἐρῶν; nam utrumque τοῦτο ποιεῖν et ταῦτα ποιεῖν pro repetitione antecedentis verbi usurpatur; πρᾳόνως an πρᾴως scribendum sit, dubitari potest. — ibid. p. 212. §. 32. Fugit interpretes senarius ἄλυπός ἐστι διπλασίου λυπουμένῳ. Nam haec verba ultra prosae orationis simplicitatem tendunt; alterius etiam versus vestigia comparent. — 231, 7. τοὺς παρόντας καὶ τὴν γραφήν — num τὴν ἀπογραφήν cum Reiskio scribendum sit, dubitari potest; certum est, significari ἀπογραφήν; sed hoc etiam certum est, non παρόντας sed παραδόντας legendum esse, omisso καί. — Ceterum cum C. Foertschio meo (in Commentat. de locis nonnullis Lysiae et Dem.) Codicem C. apud Bekkerum a docta manu interpolatum et correctum

existimo, ideoque ancipitis esse fidei. Sed redeo ad Dionem.

p. 664, 10. I, 433. τῶν πάνυ παλαίων. f. ματαίων; quod referatur ad βελτίους; ut εὐτυχέστεροι ad ἀθλίους. Possit etiam ταλαιπώρων. — ibid. 36. ἔπαιζον τάδε ἐῤῥίπτουν. f. ἐζήτουν καὶ διεῤῥίπτουν; quibus optime proxima respondent, κἀκεῖνοι (natu majores) συλλέγουσι καὶ φυλάττουσι.

666, 12. II, 436. οὐκ ἄλλο τι σύνηθες πρᾶγμα κοινόν f. ποιῶν pro κοινόν legendum est. — ibid. 17. ποτὲ δ' αὖ μήτ' ἀκούων μηδενὸς, μηδ' ὁρῶν, ἀλλὰ μηδ' εἰδέναι νομίζων. Mireris neminem hic interpretum offendisse. Quid enim ineptius dici poterat, quam „quandoque ne nosse quidem me illos existimans?" Accedit, quod in hoc nexu μὴ εἰδέναι minus est, quam μὴ ὁρᾷν et μὴ ἀκούειν. Nam saepe non novimus, quem videmus aut audimus; sed nunquam agnoscimus, quem nec videmus nec audimus. Itaque μηδὲ ferri nequit. Tu scribe εἶναι pro εἰδέναι. μηδὲ εἶναι νομίζων hoc ipsum est, quo dictu opus erat. „Tam nihil curans, quasi omnino sint nulli;" quod est extremi contemtus. Dictio satis usitata est; sicut p. 587, 34. II, 321. eam reperies. — ibid. 34. II, 437. Σόλωνα μέντοι καὶ αὐτὶν εἰδέναι φασίν, ὡς ὅτι αὐτῷ μὴ ἀρέσκοντα. f. εἰρηκέναι φασὶν, ὡς οὐκ αὐτῷ μὲν ἀρέσκοντα.

667, 32. II, 438. πᾶσα γὰρ ἀνάγκη, τὸν συγχέοντα τὸν θεσμὸν Ἀθηναίων ἐπάρατον εἶναι. Non est haec librorum M. S. scriptura, sed Casauboni commentum. Venet. et Morell. Ἀθηναίων ἐπάρχειν. Quid autem Casaubonus lucratus est? Opinor, in ista emendatione Ἀθηναίων intelligi nequit? Nam aperte ὁ θεσμός hic Jovis lex est, non Solonis. Ne temeraria nostra videatur ratio, ipsam legem afferam, ad quam Dionis verba referuntur. Reperitur autem apud Demosthenem p. 640, 1. Reisk. ὃς ἂν ἄρχων ἢ ἰδιώτης αἴτιος ᾖ τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε, ἢ μεταποιήσῃ αὐτὸν, ἄτιμον εἶναι καὶ παῖδας ἀτίμους καὶ τὰ αὐτοῦ. Vides igitur pro Ἀθηναίων ἐπάρχειν scribendum esse ἄτιμον ὑπάρχειν. Neve quis de Ἀθηναῖον ὑπάρχειν cogi-

tet, ita ut τὸν θεσμόν ad Solonis leges referat; οὐ γὰρ ἄμεινον.

668, 21. II, 439. τοσούτων immo τοιούτων. — 669, 37. II, 441. φασὶ δὲ κήδεσθαι τούτων. Sic verissime Casaubonus pro καὶ δεῖσθαι. Sed etiam φασί in φησί mutandum erat.

670, 5. II, 442. καὶ πολλά τινα ἐν αὐτῷ ὀχήματά τε καὶ μορφάς. Auctor hujus declamationis haud dubie σχήματα non ὀχήματα dederat.

Haec fere habebam de Dione. Quae restant, ad Demosthenem pertinent. Non multa, sed quae aliquando non displicuerint Hermanno.

Dem. Orat. in Androtion. Reisk. 616, 27. καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος κακὰ εἰργασμένοι εἰς τοῦτο ἅμα ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασι, ὥστε μέμνηνται τούτων ὡς καλῶς αὐτοῖς διῳκημένων [ὥσθ᾽ ὁ μὲν οἴεται δι᾽ ἐκεῖνον ὑφ᾽ ὑμῶν σωθήσεσθαι, ὁ δὲ παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις]. Neque ex antecedentibus neque ex sequentibus colligi potest, quisnam sit is, quem ἐκεῖνος et deinde ὁ δέ significet, Idque librariis offensui fuit, quorum partim δι᾽ ἐκείνων (ad facinora referentes) scripserunt. Reiskius et Schaeferus ἐκεῖνον Timocratem notare pronunciaverunt, qui Androtioni advocatus adesset. Et omnino, si sana est librorum scriptura, intelligendus est Timocrates, quod apparet ex Orat. in Timocratem. At ex eadem Timocratea intelligitur, administri et satellitis loco fuisse Timocratem; architectonem istorum in rempubl. scilicet promeritorum Androtionem. Mirum est igitur, cur Androtion in Timocrate salutis spem reponere dicatur, cum ipse actionum illarum egregiarum auctor esset; Timocrates vero non inferiorem se gerere propter eadem facinora, nec a superbia remittere. Quae permutatis demum Androtionis et Timocratis personis, ducis et asseclae, apte dicerentur. Mitto jam illud, quod parum elegans est alterum ὥστε alterum excipiens. Haec tantum valere videntur, ut in suspicionem adducamus ea verba, quae uncis inclusimus.

Sed gravius accedit argumentum ex Timocratea. Timocrati, reo acto *παρανόμων*, adest Androtion. Igitur, ut consentaneum est, actor caussae judices in advocatum exacerbare studet, eademque, quae hic, ejus (Timocratis) facinora perstringit. Et quidem eadem propemodum verba, quae in nostra Orat. inde a p. 614. infr. (*ἀλλὰ νὴ Δία*—) leguntur, in Timocratea exstant, perpaucis, quae res flagitaret, mutatis (p. 755. init. .

Ad nostrum locum conf. p. 757. *καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος κακὰ εἰργασμένοι εἰς τοῦτ' ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασι, ὥςθ' ὁ μὲν οἴεται δι' ἐκεῖνον ὑφ' ὑμῶν σωθήσεσθαι, ὁ δὲ παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις.* Hic *ἐκεῖνος* Androtio est, ad quem antecedentia quoque referuntur. Videmus igitur Demosthenem hic omisisse, quae in Orat. in Androt. leguntur (v. *ὥςτε μέμνηνται — διῳκημένων.*); posuisse, quae hoc loco quam maxime erant apta. Timocrates reus ab Androtione patrono, optime illo de rep. merito, salutem exspectat; Androtion advocatus jactat se ferocitque, elatus iis, quibus eum subsidere animo et contrahi oportuerat. Itaque sic ego judico; diversam pro re diversa enuntiationem posuisse Demosthenem. Quod autem ambae exstant in nostra Oratione, id accidisse librariorum incuria, qui memoris cujusdam lectoris adnotationem in textum receperint.

Dem. Orat. in Aphob. Reisk. 664. penult. *ὁ δ' οὔτ' αὐτοῖς οὔτ' ἐκείνοις οὔτ' ἐμοὶ δοῦναι τὸν ὅρκον ἠξίωσεν.* Scribendum puto *αὐτός* pro *αὐτοῖς*. *ὅρκον διδόναι* sensu forensi est deferre jus jurandum. Itaque *αὐτός* per zeugma explicandum est, ita ut ex *δοῦναι ὅρκον* intelligatur *δέχεσθαι*. Sic Thucyd. VI, 93. *ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ ἀδικῶσιν*, ubi ex *ἀδικῶσι* supplendum *ἀδικῶνται*. Plane geminus locus est (Pseud.) Dem. 1199. penult. *οὐ γὰρ δήπου ἄνευ γε σταθμοῦ ἤμελλεν οὔτ' ὁ ὑποθέμενος οὔτ' ὁ ὑποτιθεὶς τὸν χαλκὸν παραδώσειν*, ubi non excidit *παραλήψεσθαι* sed cogitatione ex *παραδώσειν* addendum.

Dem. 1096. infr. ἀδίκως μὲν ἂν ἔγραψεν, οὐδὲν δ' ἧττον ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν ἡλικίαν λέγοντος. Scribe ὅπερ pro ὑπέρ.

Index locorum emendatorum.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 7. v. 3. et 6. l. ἐν αὐτῇ pro ἐν αὐτῷ.
p. 18. v. 5. infr. l. aquatum p. agnatum.
p. 30. v. 7. l. acroamatis p. acroamatibus.
p. 36. Thucydidis locum prius sic corrigendum putabam, — ταύτης τῆς νυκτὸς, ἢ τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ ἐξητάζοντο, quod ad sententiam satis aptum est, sed usitatissimis formulis illis ἡ ἐπιγιγνομένη νὺξ vel ἡμέρα, quod ego sciam, nusquam additur dativus.
p. 43. (p. 406, 16. II, 20. οὐ γὰρ ἱκανοί ἐστε. f. πιθανοί.
p. 47. (p. 437, 29. II, 75. ἠϊὼν ἐστιν ὑλώδης. vide ne ἑλώδης. Nam ὑλώδης quid aliud est, quam δασεῖα δένδροις?
p. 48. (p. 446, 4. II, 87. inter πόλεως et οὕτως v. τῶν inserendum videtur, contra τῶν post ἄντικρυς delendum. Nam articulus semel positus sufficit, et sedes ejus, etsi rhetorica ratione defendi potest (ἄντικρυς enim ad ἀποφαινομένων referimus) a suspicione tamen non vacat.
p. 49. (p. 450, 4. II, 94.) sic scribe et interpunge ἰδίαν δὲ κίνησιν ἔχειν καθ' αὑτά· καὶ τὰ ἄλλα — — — μέρη, τὰ μὲν etc. abjecta p. καί post μέρη.
p. 50. (p. 452, 41. II, 98.) λαβὼν αὐτὸς ἀκηράτου φύσιν. Aut αὐγῆς aut φωτός pro αὐτός scribendum est.
p. 56. (p. 544, 45. II, 260.) τὸ γὰρ ἔχειν. Fugit me, nescio quomodo, pro ἔχειν ἄρχειν legi oportere.